3 l. quod poſt lit. conteſt. † tutor, & curator, & etiã procurator ſubſtituunt ex propria perſona. & iure eis quæſito per conteſt. quia ſunt effecti domini litis. Sed quando ſubſtituũt ante lit. conteſt. virtute poteſtatis eis datæ à domino, non ſubſtituũt ex propria perſona, ſed ex perſona domini. & tanquã nudi miniſtri. & iſtud eſt magni effectus: quia in primo caſu licet ſubſtitutus acceptauerit mandatum. & tamen nondum cœpit vti, poſſet ipſe ſubſtituens ipſum reuocare re integra: ſicut poſſet ipſe dominus. vt l. ante litem. ff. eod. Secus in ſecundo caſu. quia functus eſt officio ſuo. Et iſte caſus in c. is qui. extra eo. tit. lib. vj. licet in primo caſu cauit ipſe ſubſtitutus, ſi dubitant de mandato ſuo, ipſum ſubſtituentẽ ratũ habiturum, non dñm principalẽ ratũ habiturũ q̃d
4 dic in d. l. ſi procurator. §. j. ff. man. per Barto. † Itẽ no. extra in primo dicto affirmatiuo, quòd legitimi adminiſtratores conſtituunt actorem in cauſa pupilli ante litem conteſta. cum decreto iudicis. vt in gl. non ſic alij adminiſtratores non legitimi. vt procuratores. non enim ad eos pertinet conſtituere actorem. Vnde ſi volunt ſubſtituere, neceſſe habent per ſe primo litem conteſtari.
5 † Item no. in ſecundo dicto affirmatiuo. quòd in his quæ poſſunt expediri per ipſum pupillum, vel adultum. quia pupillus habet intellectum debet negotium geri per ipſum adultũ, vel pupillum cum authoritate tutoris, vel curatoris. non per ipſum tutorẽ vel curatorem facit l. potuit. j. de iure delibe. ſed ſi pupillus non haberet intellectum, quia eſſet infamis, non poſſet actio expediri per eum. Idem tutor vel conſtituit actorem, ſi lis non eſt conteſtata, vel conteſtetur eam. & poſteà ſubſtituit procuratorem.
6 † Item not. quòd adultus ad iudicia non poteſt conſtituere procuratorem niſi cum authoritate curatoris. Sed contra quòd imò poſsit ſi curatorem non habebat l. ſi curatorem. j. de in inte. reſti. Solu. illa diſtinctio locum habet in negotijs extraiudicialibus: ſed in iudicialibus adultus non habet legitimam perſonam ſine curatore, ſiue ipſum habeat, ſiue non habeat. nec aduerſarius tenetur ipſum admittere. vel procur. ab ipſo ſolo conſtitutum faciat. ergo ibi dari curatorem. vt probatur in l. acta. §. fin. ff. de re iudi. & ſuper glo. in l. cum & minores. j. ſi aduer. rem iudi. poſſunt tamen eſſe tales cauſæ in quibus adultus habet legitimam perſonam ſine curatore; vt in cauſa matrimoniali: vt not. in c. ex parte de reſti. ſpoliat. & in l. iij. ff. rem rat. habe. & l. ij. ſeu iij. infrà
7 qui petant tut. † Vltimò circa fi. quæritur quid de executore vltimæ voluntatis,[a] vtrum poſsit ante lit. conteſt. conſtituere procuratorem: vide in Specu. in tit. de inſtru. edi. §. nunc aliqua. verſic. ſed nunquid. In gl. ij. ibi. [quia non ſunt domini.] dic, ſ. actiones ſuccedendæ. nec lit. non inceptæ. vnde nõ poſſet tradi diffinitio procu. in tali conſtituto ab eis, quæ eſt vt ille dicatur procura. qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. ff. eo. l. j. ſed benè ſunt domini negotiorum: quia negotia pupilli dicuntur tutoris & curatoris cura & ſolicitudine. vt l. ſi pupilli. in princi. ff. de nego. geſt. In ea. glo. ibi. [Idem in actore ciuitatis.] dic qui habet ſimilitudinem cum tutore & curatore. ſicut enim pupillus vel adultus habent legitimos adminiſtratores, qui vocantur tutor & curator. ita & ciuitas, quę vocatur actor. & iſte ſimiliter non poteſt conſtituere procuratorem ante lit. conteſta. In gl. mag. in princip. ibi. [ſi impediti fuerint adminiſtrare.] dic hoc non eſt neceſſarium ſecundùm Doct. imò tutor & curator poſſunt conſtituere actorem, etiam ſi non ſunt impediti. & iura quæ faciunt mentionem de impedimento, loquuntur ſecundùm accidẽtiam facti, ſed iudicis decretum bene eſt neceſſarium: aliàs non eſt differentia inter actorem & procuratorem. In ead. gloſ. ibi [vel poteſt dici.] dic quòd duplex eſt practica in cõſtitutione actoris, vna quòd conſtituatur à tutore vel curatore cum decreto iudicis. et iſta probatur in hac lege, dum dicit, [ſed actorem conſtituere debent.] Alia quòd conſtituatur per iudicem ipſis conſentientibus. & iſta pro-
8 batur in l. ſi actor. infrà de appel. † In gloſ. ibi. [Idem in epiſcopo.] dic quòd iſta gl. per omnes reprobatur. quia licet epiſcopus
b ſit adminiſtrator[b], & non dominus. in cap. ſecundo de dona. quia tamen nõ eſt nudus adminiſtrator: quia gaudet de fructibus, poteſt conſtituere procuratorem ante litem conteſt. ſicut patet in bonis aduentitijs filij in quibus pater eſt adminiſtrator, non nudus: vt in l. j. infrà de bo. mat. & probatur in cap. petitio. de procura. & ſuprà de epiſc. & cleric. l. cum clericis. circa finem. & not. in authent. ſed hodie. quæ ſequitur eodem titu. & probatur in authen. quã gl. allegat.
9 † In gloſ. ibi. [actor ad omnia.] dic contrarium quòd nõ poſsit actor conſtitui etiam ad vnum negotiũ. infrà de appel. l. ſi actor. & vide Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de actore ad vniuerſita. in prima parte Specul. In gloſ. ibi. [eiſdem quibus & tutori.] dic hoc verum ſi generaliter actor fuiſſet cõſtitutus. Secus ſi ad vnum actum: quia eo finito finitur officium actoris, vt dicta l. ſi actor. de appella.

a ¶ De executore vltimæ volũtatis. Adde Ang. in l. j. ff. eo. & eundẽ Paul. de Caſt. in conſil. xiij. incip. Super primo dubio. col. iij. in princip. vbi tenet quòd poſsit cõſtituere procuratorẽ ante lit. cõteſt. & eſt in prima parte conſiliorum antiquorũ ſecundũ vltimã impreſsionem. Cur.

b ¶ Epiſcopus ſit adminiſtrator. Adde glo. in c. præſenti. de offic. ordin. & quòd Epiſcopus poſsit. adde Alex. in conſilio clxvj. in ij. volu. & vide Mat. ſuo not. cxcj. Cur.

2 ☞ *Si filius non fuit admiſſus ad defenſionem cauſe patris abſentis, & lata ſit contra eum ſententia, qualiter reſtituatur in integrum: ſicut ille qui dimiſit procuratorẽ qui poſtea mortuus eſſet?*

*Qualiter poſsit quis defendere inuitum.*

3 *Quòd interdum in cauſa appellationis nõ admittatur quis ad defendendum aliquem, niſi oſtendat mandatum.*

4 *Non ſolum ad totam cauſam admittitur quis ſine mandato ad aliquem defendendum, ut hic. ſed etiam ad unum articulum cauſæ.*

*Defenſor non ſatiſdat, quãdo defenſio patet ex actis, nec defenſor uult producere alios teſtes, uel inſtrumẽta. ſed dicit iudici quod uideat acta. & minor ad hoc eſt etiam idoneus. & nu. 6.*

5 *Qui fatetur ſe non habere mandatũ, niſi ſit coniuncta perſona, non admittitur ad agendum: etiam ſi uelit cauere de rato. ſed ſi dicit ſe habere, admittitur cum cautione, dummodo hoc probet ſemiplenè uel præſumptiuè. & uide nu. 7.*

6 *Minor xxv. ann. admittitur ad defenſionem patris abſentis, contra quem poteſt perueniri ad diffinitiuam: & eodem modo ad defenſionem matris uel fratris admittitur. & ſic quod duo requirantur ut admittatur: & ſit lis conteſtata. & nu. 8.*

7 *Exceptio tu non potes eſſe procurator quia minor, an poſsit etiam opponi poſt litem conteſtatam? & nu. 8.*

8 *Minor an hodie cuiuſcunque ætatis ſit, poſsit eſſe procurator ad negotia, & ad iudicia, ſi eſt ætatis annorũ octodecim. & an admittatur ad plenam defenſionem? & nu. 9.*

9 *Minor quando uenit ad defenſionem patris abſentis, qui fuit litem conteſtatus, quis ueniat condemnandus, an ipſe qui non fuit litem conteſtatus, an pater?*

*Veniens ad allegandas cauſas abſentiæ tantum, an debeat cauere de rato?*

10 *Poſito quòd minor admittatur ad plenam defenſionem patris abſentis, & quòd debeat ipſe condemnari, & ſit condemnatus: & ſententia tranſiuit in rem iudicatam: an reſtituatur in integrum ratione minoris ætatis?*

## LEX XII.

1 EXigendi. † Ad defendendum admittitur quis ſine mandato, dummodo ſatiſdet de iudic. ſoluen. Sed ad agendum pro alio nõ admittitur quis ſine mandato, niſi ſit coniuncta perſona. Item minor xxv. ann. non eſt idoneus procurator vel defenſor ad iudicia regulariter. Fallit quando vult defendere patrem abſentẽ; contra quem poteſt procedi ad ſententiam diffinitiuã, tanquam contra contumacem. h.d. iſta not. l. & ſi. quia poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet quòd ſententia non erat lata contra patrem abſentem: ſed iudex noluit iſtum filium admittere ad defenſionem duabus de cauſis hic expreſsis: vnde quęſiuit iſte pater an deberet admitti: & an iudex bene fecerit illum repellendo, & hic dicitur quòd non. Secundo modo poteſt intelligi quòd ſententia erat lata contra patrem, quæ ſic non fuiſſet lata ſi iudex iſtum fi-

lium admiſiſſet ad defenſam:quia ꝓduxiſſet teſtes, & iura, pro-
pter quæ pater fuiſſet abſolutus. & ab illa ſententia non fuiſſet
appellatum:& ſic tranſiuit in rem iudicatam.vnde querebat iſte
pater remedium contra ſentẽtiam. Imperator non dat remediũ,
ſed ſolùm dicit quòd iudex malè fecit iſtum filium repellere : &
2 iſtum intellectum ſonat litera in fine. † Sed an ſit remediũ:puto
quòd ſic, ſcilicet vt aduerſus hanc ſententiam pater reſtituatur
in integrum ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa:vt l.j.in
fi.ff.ex quib.cau.ma.ſicut ſi dimiſiſſet procuratorem qui poſteà
mortuus eſſet.l.necnon.in princip.ff.eodem tit. In tex.ibi [ſine
mandato poteſt.] gloſ.dicit quòd etiam contra mandatum:quia
poteſt quis defendere inuitum, vt l.ſolutionem vel iudicium.ff.
de ſolu.Quod eſt verum quando ſuſcepit in ſe iudicium animo
nouandi:volente tamen actore : quia non compellitur actor. l.ſi
mandato.in fi.princip. ff.mandati. Sed ſi non ſuſcepit iudicium
animo nouandi,videtur quòd inuitum nõ poſsit defendere.Sed
bene poteſt ſi non eſt inuitus,& inuito actore:quod dic vt in di-
cta l.ſi actor. ff. eodem titu. Item intelligo hanc legem in cauſa
3 principali,& etiam appellationis regulariter. † Sed interdum in
cauſa appellationis non admittitur quis ad defendendũ aliquẽ,
niſi oſtendat mandatum : vt in caſu quem ponit Cy.in l.ij.ſuprà
eodem.in addi.Si conueni te rei vendicatione, & tu fuiſti abſo-
lutus,& ego appellaui:in cauſa appellationis comparet quidam
ad te defendendum:& non docebat plenè de mandato, volebat
admitti:ſaltem cum cautione de rato,vel etiam ſine.per hanc le-
gem determinauit Cyn. illum non eſſe admittendum niſi plenè
probet de mandato.Ratio.quia ſi reuera non habebat mandatũ,
& tu non haberes ratum id quod feciſſet, ſententia lata pro te
tranſiret in rem iudicatam:& ſic perderem dominium : licet ha-
berem regreſſum contra talem defenſorem, & eius fideiuſſores.
Et fortè intereſt mea habere potius rem quàm pecuniam. & nõ
debet fieri deterior conditio mea propter interuentum talis de-
fenſoris,vel procuratoris,quàm eſſet ſi per me ipſum litigaſſem.
vt l.hæc autem.ff.quibus ex cau.in poſſeſ. ea. Nam poſito quod
in cauſa appellationis obtinerem reuocari ſententiam, hoc non
noceret tibi ſi non dediſti mandatum,& nõ ratificares:& ſic tua
ſententia tranſiret in rem iudicatam.Tene menti hanc deciſionẽ
propter quam ſemper allegatur Cyn. in dicta l.ij. ſuprà eodem.
4 in addi.†Et adde quòd non ſolum ad totam cauſam admittitur
quis ſine mandato ad aliquem defendendum : ſed etiam ad vnũ
articulum cauſæ,vt infrà de nego.geſt.l.ij.in fi. & ibi per Barto.
per illum tex. In tex.ibi. [ſatiſdatione.] tamen iſta ſatiſdatio nõ
præſtatur quando defenſio patet ex actis:quia defenſor nõ vult
producere alios teſtes,vel inſtrumenta:ſed dicit iudici quòd vi-
deat acta : quia ex eis apparebit ſibi iuſtitia rei ex tali vel ex tali
cauſa,vt not.Innocen.ſingu.in c.veniens.de accuſa.& Ange.de
5 Peru.in l.ſi filius.ff.qui ſatiſda. cogan. †In tex. ibi. [mandatum
probare non cogitur.] ſubaudi plenè, vel ſemiplenè : quinimò
etiam ſi fateatur ſe mandatum non habere, debet admitti,dum-
modo caueat de rato:quia eſt coniuncta perſona : & dummodo
non appareat de contraria voluntate l.Pomponius. ff.eodẽ titu.
Sed perſona non coniuncta non admittitur:etiam ſi velit cauere
de rato,quando fatetur ſe non habere mandatum. Sed ſi dicit ſe
habere,admittitur cum cautione, dummodo probet ſemiplenè,
vel præſumptiuè ſecundùm communem opinionem:vel etiam
6 nullo modo,ſecundùm ea quæ dixi in l.j.ſuprà eodem. †In tex.
ibi. [non iniuſtè.] dic ſcilicet attenta regula generali,quæ eſt vt
minor non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio pro
alio,ſicut nec pro ſe ſine curatore:vt l.minor.ff.eodẽ.Sed attenta
ratione ſpeciali debuit admitti in caſu iſto,propter duo:quia ve-
niebat ad defenſionem patris:& quia in caſu in quo poterat per-
uenire ad diffinitiuam contra patrem : quia erat lis conteſta. an-
tequam ſe abſentaret.vnde ſufficiebat citatio ad domum in re-
liquo proceſſu:vt l.ab eo.infrà quomodo & quando iud.Sed an
idem ſit in matre, vel in fratre abſente. gloſ.in d.l.minor. tenent
expreſsè quòd ſic. quòd tene menti : quia cum iſta lex loquatur
contra regulam generalem,videbatur non extendi vltra perſonã
de qua hic loquitur.Ideo authoritas gloſ.eſt menti tenenda. Pro
extraneo verò defendendo,etiam ſi poſsit peruenire contra eum
ad diffinitiuã, non videtur admittẽdus minor. Nec obſt.l.ſeruũ
quoq;.§.publicè.ff.eod. quia debet intelligi in eo qui eſt habilis
ad ſtandum in iudicio pro ſe.hic autem loquitur de inhabili. vel
dic quòd etiam inhabilis deberet admitti, quando vellet oſten-
dere innocentiam ex ipſis actis, vel per euidentiam facti:vt ibi.
aliàs ſecus.vt hic à cõtrario ſenſu.Et per hoc habetis tex.optimè
7 declaratum. †Venio ad gloſ.in gl. ſuper verbo, [non cogitur.]
ibi. [reſpondeo,non.] dic verum.niſi talis coniunctus prætẽdat
intereſſe proprium:tunc enim admittitur pro cõiuncto ſine mã-
dato:etiam vbi requiritur mandatum ſpeciale : vt in lege.quam
gloſ.allegat l.patri.in princ.In ea.ibi. [ſed tu expone.] Nam ſe-
cundùm opin. gloſ.eſt in electione procuratoris : an velit plenè
probare,an autem ſemiplenè,& cauere de rato vt plenè not.in l.
non ſolùm.§.qui alieno.ff.eod.tit. Ideo expone hic text. vt infrà
ſequitur in gloſ.& ſic non ſumitur hic argu. & contrario ſenſu,
prout ſumit Placen.quòd ſi eſt ſpeciale in cõiuncta perſona, vt
non teneatur probare mandatũ : ergo in cõtrarium eſt ius com-
mune:vt ſi non eſt coniuncta, teneatur probare,ſi reus vult : &
non admittitur cum cautione rati.Nam hoc eſt falſum. In gloſ.
quæ incipit [iure communi.] Pro declaratione principij oppo.
contra iſtum tex.de cõtrarietate.ver. [Sanè.] quia dicit iſte tex.
quòd iuſtè potuit repelli : quia minor. & poſtea dicit ꝙ iuſtius
fuiſſet ipſum admittere.Nam cum repulſio & admiſsio ſint cõ-
traria,ſi primum ſit iuſtum,non poteſt eſſe ſecundum multomi-
nus.propter iſta gloſ.dicit quòd referuntur ad diuerſa. Primum
refertur ad rigorem iuris.ſecũdum refertur ad æquitatem.& iſta
eſt vera.vel dic quòd primũ refertur ad tempus ante lit.conteſt.
ſecundum ad tempus poſt litem conteſtatam.dicit Bartol.quòd
iſta gloſ.eſt notab. & vult quòd iſta exceptio , tu non potes eſſe
procurator,quia minor.debeat opponi ante litem conteſt. & nõ
poſteà. ſicut illa:tu nõ potes eſſe procurator,quia miles. vel quia
fœmina:vt infrà l.proxima. vel quia pendet contra te proceſſus
8 in cauſa criminali,vt not.gl.ſuprà eod.l.eum. †Sed certè iſta gl.
noluit hoc dicere,ſed habuit alium intellectum.Nam ad hoc vt
minor admittatur ad defenſionem duo requirũtur.Primò quòd
veniat ad defendendum patrem.Secundò quòd in cauſa in qua
poſsit procedi ad diffinitiuam ſententiam ipſo abſente:hoc autẽ
non poſſet,niſi quando eſſet lis conteſtata. Sed ſi nõ eſſet,ſecus.
quia non valeret.ideo ſi non erat conteſtata:quia non poterat ad
diffinitiuam procedi, potuit iuſtè repelli.poſteà verò nõ. & hoc
declarat gloſ.vltima mag.in princip.Et idem vult gloſ.hic. Præ-
terea nec eſt verum id quod Bartolus dicit : quia cum exceptio
procuratoris debeat opponi ante litem conteſtatam non poſteà
quando ſunt tales quæ repellunt quem agere pro alio , non pro
ſe : vt ſuprà eodem.l.qui ſtipendia.& l.militem. vt quia mulier.
Sed quando repellunt quem agere non ſolùm pro ſe , ſed etiam
pro alio:puta quia ſeruus,vel monachus.Et iſtæ poſſunt opponi
etiam poſt litis conteſtationẽ,quia reddunt iudicium retro nul-
lum:vt not.per Cyn.in l. ſequen. & iſta exceptio tu es minor.re-
pellit quem ab agendo non ſolùm pro alio, ſed etiam pro ſe ſine
curatore:vt not.in l.cum & minores.infrà ſi aduer.rem iudic. &
hoc etiam ſentit hic do.Raph.In gloſ.ibi. [Solu.ibi ad negotia.]
Docto.vltramon.dicunt quòd minor poteſt eſſe procurator ad
negotia:quia imputet ſibi qui conſtituit talẽ:vt in l.ſed & ſi quis.
§.parui.ff.de inſti.& l.ſed & ſi pupillus.& tamen iſte text.requi-
rit quòd ſit xviij. ann. ergo non poteſt loqui in procuratore ad
negotia,ſed ad iudicia.& in hac opi.ſunt ipſi quòd ad iudicia ſit
9 legitimus procurator,dummodo habeat xviij.ann. †Sed ad ne-
gotia cuiuſcunque ætatis breuiter hodie declaratum eſt in c.qui
generaliter.aliàs ſi duo.eod.titu.in vj.quòd opi.gloſ.ſit vera.Ad
legem contrariam reſponde vt hic per Bald.in gloſ.fi.poſt prin.
Aduerte quòd iſta quæſtio loquitur quando filius iſte fuiſſet
admiſſus non obſtante maiori ætate. de quo non loquitur text.
ſed ſolùm quando fuit repulſus.quęrit gloſ. quis veniat cõdem-
nandus,an ipſe qui non fuit lit.conteſt.An autem pater qui fuit
litem conteſt.Circa quod notandum eſt quòd in iſto tex.fuerũt
duo intellectus.Vnus eſt quòd talis filius non obſtante defectu
ætatis admittatur ad plenam defenſionem, vt poſsit producere
teſtes & inſtrumenta,& obijcere exceptionem, ſicut ſi ipſe eſſet
maior:& tunc procedat quæſtio prædicta. In cuius perſona de-
beat fieri ſententia. & Mar. tenuit quòd in perſonam patris, qui
erat litem conteſta.& ſic erat dominus inſtantiæ. & hoc per l.j.
de ſen.& interlo.om.iudi.vbi fundatur hæc opi. Alij tenẽt & hęc
gl.tenet ꝙ cõdemnatur defenſor ipſe poſtquam plenè defendit.
& de hoc videtur caſus in l.liberto.§.fin.ff.de nego.geſt.Et iſtam
opi-

pl.tenet gl.quę ſine dubio vera eſt,qn̄ ſuſcipit in ſe iudiciū aio
nouādi volēte actore:quia tūc tm̄ iudiciū eſſet præteritū: & ſic
ipſa cōteſtatio trāſfertur in eum.Si verò nō aio nouandi. dic de
hoc vt plenè no.in l.j.j.de ſen.Secūdus intellectus eſt ꝙ poſtquā
hic eſt minor,nō admittaꝛ ad plenā defenſionē: & ſic nō ſubeat
iudiciū ſed ſolū admittaꝛ ad allegādas cauſas abſentiæ,vel cōſi-
ſtentes in facto.qa dicat.Dn̄e iudex nō ꝓcedatis cōtra talē tan-
quā cōtra contumacē,cū ipſe non poſsit cōparere: qa infirmus,
vel detentus,vel cōſiſtēs in iure:qa dicat ipſum nō teneri cōpa-
rere ꝓpter priuilegiū nouiter impetratū:vel qa actor eſt excōica
tus.& ſic nō admititur ad agendū,vel ad proſequēdū iudiciū vl
terius.vt in c.pia.de excep.vel quia bannitus.& ſic nō ſubit iudi
ciū.imò declinat.cū veniat ad impediendū proceſſum, non ad
proſequendū ad quod admittiꝛ etiā inhabilis:vt no.in c.ſeruum
quoq;.§.publicè.ff.eo.& notabiliter Inno.in c.veniēs.de accuſa.
Gl.reprehendit iſtū intellectū:qa iſte text.poſt principiū dicit ꝙ
ſatiſdat de iudicato ſoluen. Sed ſi admitteꝛ ad declinandū ſolū
iudiciū,illā ſatiſdationē nō pręſtaret:vt no.in l.nemo. de reg.iur.
Sed illi rn̄dent ꝙ tex.in illa parte in qua loquiꝛ de iſta ſatiſdatio-
ne,debet referri ad caſum in quo iſte defenſor ſeu filius eſſe ma-
ior,& ſic habilis.vn̄ admittereꝛ ad plenā defenſionē. Sed eo caſu
quo eſt minor,nec admittiꝛ ad plenā defenſionē nec ſatiſdat.Gl.
finaliter tenet primū intellectū ꝙ hic admittaꝛ ad plenā defen-
ſionē,licet ſit minor.& ſic ſatiſdet.& cōdemnatio feraꝛ in perſo-
nam ſuā.†An aūt qui venit ad allegandas cauſas abſentię tm̄,ha
beat cauere de rato. Inn.notāter in d.c.veniēs.dicit ꝙ ſi ſunt cau
ſæ cōſiſtentes in facto tantū:vt ꝙ ſit infirmus, vel detētus,nō ha
bet neceſſe cauere de rato.qa poſſunt allegari ſine mandato : qa
1 velit vel nolit ipſe impeditus:ita eſt in facto tantū ꝙ comparere
non pōt.nec huic pōt renuntiare,nec ſua volūtate facere ꝙ poſ-
ſit cōparere ſi non pōt.Si autē conſiſtāt in iure, tūc habet neceſ-
ſe cauere de rato.qa ad ipſas proponēdas requiriꝛ volūtas abſen
tis.cū poſsit illis cauſis renūtiare,& facere vt cōparere poſsit,&
teneaꝛ.Tene mēti.Et hoc in gl.vſq; ibi.[ſi ergo.] ibi q̄rit de alia
q̄ōne præſuppoſita opi.gl.ꝙ admittaꝛ ad plenā defenſionē.& ꝙ
debeat ipſe cōdēnari.Quæriꝛ ſi eſt condēnatus, & ſn̄ia tranſiuit
in rem iudicatā vtrū aduerſus eū reſtituaꝛ in integrū rōne mino
ris ætatis.& gl.finaliter tenet ꝙ nō.Nam rōne læſionis ſuæ nō:
quia nō fuit læſus defendendo patrē.ad qđ teneꝛ de iure natura
li.Nec rōne læſionis patris ſimiliter:qa ſic reſtitutio ꝓdeſſet maio
ri.qđ nō eſt dicendū.vt l.iij.§.ſed vtrū.ff.de mino. Lædiꝛ aūt pa
ter,quia ſn̄ia mittereꝛ executioni contra patrē ; q̄ non pōt con-
queri ꝙ filius cōparuit,& nō bn̄ defendit:& ſic factū ſuū nō de
bet ſibi præiudicare.vt l.in cauſæ.ff.eo. §.j. quia pōt replicari ꝙ
eodē modo ſi nō cōparuiſſet lata fuiſſet ſn̄ia cōtra ipſum, aduer
ſus quā nō reſtitueretur in integrū.ergo nec filius aduerſus latam
cōtra ſe,q̄ mitti executioni cōtra partē,debet reſtitui ad cōmo-
dū patris.& ſi ipſe filius ſolueret ꝓ parte.ab eo repeteret.Contra
iſtam gl.vr̄ eſſe alia gl.in l.j.j.ſi de mo.poſ.quæ plenè diſputādo
determinat ꝙ licet in aliquo caſu l. perſonam minoris legitimet
ad ſtādū in iudicio:nō ꝓpterea tollit ſibi beneficiū reſtitutionis
in integrū.et iſta gl.relata ad tex.dicit cōtrariū:qa lex iſta legitimat
perſonā minoris hoc caſu.& gl.vult ꝙ tollat beneficiū reſtitutio
nis.ſicut ſi verè eſſet maior:qa l.repræſentat eū maiorem. Solu.
ſecūdū Bal.gl.illa loquitur qn̄ lex legitimat perſonā minoris ad
ſtandum in iudicio:quia tūc reſtitutio proderit ſibi.iſta verò qn̄
legitimat ad ſtandum in iudicio pro alio. quo caſu non prodeſ-
ſet ſibi.ſed illi pro quo:& ſic maiori. quod eſſe non debet.vt in
dicto §.ſed vtrum.ſequitur l.ita demum.

1 *Appellatio reponit partes in eo ſtatu in quo erant ante ſententiam & poſt litem conteſtatam:non in eo in quo erant ante litis conteſtationem.*
*Quid in cauſa reſtitutionis in integrum?*
3 *Minor & mulier an poſſint opponere declinatoriam uel dilatoriam etiam poſt litem conteſtatam & nu.4.*
4 *Terminus datus à iure,quòd præiudicet etiam ignoranti.*

LEX XIII.

Ita demum. †Exceptio dilatoria debet oppo-
ni ante lit.cōteſt.poſteà verò nō
poteſt opponi etiā in cauſa appellationis.h.d.notabili-
ter.et ſemper allegat.In tex.ibi.[ſi cum primū litem cō
teſtaueris.] Litis ergo conteſtatio præcludit viā ad opponendas
exceptiōes dilatorias.Poſito ergo ꝙ ad aliquos actus fuiſſet pro
ceſſum circa litem conteſtatā:& non fuiſſet
oppoſita hæc exceptio, nihilominus poſſet
opponi:quia per illos actus nō eſt pręcluſa
via opponendi, vt hic patet. & etiam in fi.
quia res dicitur adhuc integra non facta li-
tis cōteſt.Hoc tamen verum in exceptione
dilatoria concernente perſonam procura-
toris.Sed in declinatoria concernente per-
ſonam iudicis(quæ etiam dicitur dilatoria)
ſi dicatur quòd ſit iudex incompetens, illa
dicitur opponi in iudicio , id eſt ante omnē
actum qui expediretur per iudicē:& ſi non
fuiſſet oppoſita , iudex ꝓceſsiſſet ad aliquē
actum tanquam iudex, licet conteſtatio nō
eſſet facta,præcluſa eſſet via opponendi:vt
infrà de except.l.fin.& ff.de iudic.l.ſed & ſi
ſuſceperit.in princ.& per Bar. in l.quidam.
ff.de re iudi. Item intellige iſtū tex.quando
conteſtatio valuit.Sed ſi fuiſſet nulla,& in-
choaretur noua inſtantia , poſſet iſta exce-
ptio opponi : licet nō poſsit in cauſa appel.
vt not.Guil.de Cu.in l.eum qui.ff. de cōſti.
pecu.pro hoc l. hos accuſare. §.hoc benefi-
cio.ff.de accuſ. Item adhuc limita iſtū text.
ſecundùm Cyn.quando exceptio eſt talis quæ prohibet procu.
agere pro alio , non pro ſe. Si verò etiam pro ſe : vt quia dicatur
quòd eſt ſeruus,vel bannitus, vel minor , tunc etiam poſt litem
conteſtatam poſſunt opponi iſtæ exceptiones quæ reddunt iu-
dicium retro nullum:vt l.argentarium.§.fi.ff. de iudi. & infrà de
iud.l.ſeruos.Sed quid in exceptione excommunicationis? Rn̄d.
illa non reddit iudicium iam agitatum nullum:ſed impedit fieri
in futurum:vt in c.j.de except.lib.vj.ideo dico quòd etiam poſt
lit.conteſt. poterit opponi contra procuratorem non ad annul-
landum iam factum:ſed ad impediēdum quòd vlterius nō pro-
cedatur.facit quod not.Bar.in l.eleganter.ff.de condi.indebi.§.ſi
poſt. Itē iſta lex loquitur in exceptione dilatoria quæ concernit
perſonam iudicis:idem ſi ordinem procedendi impediat vt non
poſsit poſt lit.conteſt.opponi.facit l.j.j.de appel. In tex.ibi. [qđ
2 nec.] dicit Bald.quòd iſte ver.non reperiatur alibi.†Et Bart.hic
dicit probari quòd appellatio reponit partes in eo ſtatu , in quo
erant ante ſententiam,& poſt lit.conteſt.non in eo quo erāt ante
litem conteſta.Et ſic illa quæ non poterant opponi in prima in-
ſtantia ſeu cauſa poſt conteſt.factam, non poterunt opponi etiā
a in cauſa appellationis :[a] licet in illa ſi partes ſunt præſentes : fiat
noua conteſtatio:vt not.in c.per venerabilem. qui filij ſint legit.
Sed quid in cauſa reſtitutionis in integ. ſi conceſſa ſit cōtra ſen-
tentiam , & agatur ex cauſa de nouo , an poterunt opponi iſtæ
exceptiones dilatoriæ,quæ non poſſunt opponi in cauſa appel-
3 lationis? tangit Bartol.in l.fi.j.ſi aduerſ.rem iudi.†Et adde quòd
minor & mulier,videntur poſſe opponere declinatoriā vel dila-
toriam etiā poſt lit.cōteſt.per l.de die.§.minor. ff. qui ſatiſd.cog.
ſecūdùm vnū intellectū.de quo ibi per Bal.in gl. prima ibi. [vel
à iudice.] dic quod iudex ex ſuo officio vel pro publica vtilitate
tam ante lit.conteſt.quàm poſt poteſt repellere militē ab officio
procura.vt l.quos ꝓhibet.ff.de poſtu.Sed pars aduerſa pōt ante
lit.cōteſt.etiā ſi expreſsè cōſenſerat ꝙ poſsit eſſe ꝓcur.& renun-
ciaſſet huic exceptioni,quia nō poſſet in damnū reipublicæ.Sed
poſt cōteſt.non poteſt.& hoc vult dicere gl.in l.filiusfa. §.vete-
rani.ff.eo.ꝙ plus operari pōt tacitus conſenſus quàm expreſſus.
Cy.hoc reprehendit:quod poſt lit. cōteſt. nō excluditur obijciēs
ratione taciti conſenſus ; quia non poſſet plus operari quàm ex-
preſſus,vt l.qui ad certum.ff.loc.Sed excluditur ratione termini
legalis præfixi ad excipiendū.facit c.cum in tua. qui ma.accuſa.
poſ.Et iſte terminus legalis videtur excludere etiā ignorantem
exceptionē ſibi cōpetere:per tex.cū gl.parua.in l.qui ꝓcura.dat.
4 §.fi.eo.tit. †Sed quidam tenent contrarium,per c.paſtoralis.de
except.ſed dic quod loquitur in termino dato à iudice ad exce-
ptiones dilatorias proponendas,qui non excludit à proponēdo
illas quas ignorabat ſibi competere , & poſt lapſum termini de-
uenit ad eius notitiam.nos loquimur in termino dato à iure,qui
præiudicaꝛ etiā ignoranti.Tene menti perpetuò.Sed ſi exceptio
de nouo poſt lit.conteſta.oriretur, & inciperet competere:tunc

a ¶ Appellationis. Adde Abba. in c.ad audientiam. col.iij.ver. in gloſ.fi.& ibi Imo. extrà de reſcript. & ibi vide Felyn. ponētem aliquas limitationes : & adde ꝙ per iſtum text.cōſuluit Pau.ipſe in cōſ. ſuo cccxix. incip. ꝙ in cauſa appellationis non poſsit peti cōpromiſſum in antiquis. quòd ſtante ſtatuto quod cōpromiſſum poſsit peti in cauſa antequā aſſigneꝛ terminus probatorius , quòd ſi in cauſa principali non fuit petitum cōpromiſſum non poterit peti in cauſa appellationis.Refert et ſequitur Alexand. de Imo. in l.ſi cauſa cognita. col.fi.ſuprà de tranſact. & ibi vide tenorem.Fran.Curt.

conteſtatio non præcluſiſſet viam ad ipſam proponendam.arg. in l.ij.infrà de conſor. eiuſdem litis.

1 ☞ *Aduerſarius minoris, an poſſit minorem non legitimè comparentem, uel eius procuratorem non legitimè conſtitutum repellere à iudicio: niſi legitimè compareat: cum ſi feratur ſententia pro ſe nõ ualeret, ſed contra ſe ualeret, & an iſta exceptio poſſit opponi quandocunque?*

LEX XIIII.

1 NOn eo. †Defectus cura.non vitiat factũ qui tendit ad vtilitatem minoris. Ad hoc allegaꝰ. & eodem modo defectus tuto. nõ vitiat actũ tendentem ad vtilitatẽ pupilli:vt no.gl.per hanc legẽ.ſ.l.neq;. quæ incipit, & ſic dicitur. & hoc ne ſtatuta in fauorẽ creditorũ, redundent in odiũ, ſeu damnũ:vt l.quod fauore.ſ.de legi.In tex. ibi. [non eo minus.] dic videbaꝰ contrariũ. quia ſnĩa fuiſſet lata in fauorẽ ipſius petẽtis, & cõtra minorẽ, ſeu ꝓcuratorẽ eius ſine curatoris authoritate conſtitutũ, & ſic eſſet ipſo iure nulla:quia ſicut minor ſine curatore nõ habet legitimã perſonam ſtandi in iudicio:vt l.vniuerſis.j.qui dare tuto.poſ.& l.j.& ij.j.qui legi.pſo. ita nec per aliũ, ſcilicet procuratorẽ legitimè conſtitutum cũ authoritate curatoris.& hoc eſt clarũ.ergo & ſi lata ſit cõtra ipſum petentẽ in fauorẽ minoris, non debet valere, vt æquitas ſeruetur in iudicijs:vt in l.fi.j.de fruc.& lit.expen. & ne iudiciũ claudicaret.l.ſi cũ dies.§.penult.ff.de arbi.cõtrariũ eſt verũ, vt j.ſequiꝰ.Et iſte eſt caſus in quo iudiciũ põt claudicare, qñ aliquid eſt factũ in fauorẽ alicuius, ne vertatur in odiũ: & ſic nec ſeruaꝰ æqualitas:vt ff.de actio.emp.l.Iul. §.pe. vel antepe. Qñ igitur agitur de cõmodo minoris, nõ requiritur authoritas curatoris, vel tutoris, niſi veniat obligandus ipſe minor. nã tunc etiã ſi ageref de eius cõmodo, requireretur authoritas, vt patet qñ adijt hæreditatem locupletẽ:vt in l.obligari.§.pupillus.de autho.tut.Sed quero, hic loquitur qñ ſnĩa iam erat lata, ſed quid ſi nõ erat lata, & dicatur proceſſus nullus?etiam Cy.tangit hoc & non clarè determinat.

2 †Breuiter aduertendũ ꝙ aut quærimus an aduerſarius minoris poſſit minorẽ non legitimè cõparentẽ vel eius procura.nõ legitimè conſtitutum repellere à iudicio, dicendo ꝙ nõ vult litigare ſecũ, niſi legitimè cõpareat, & tunc tam à principio quàm poſt lit.conteſt. poteſt ipſum repellere pro ſuo intereſſe:quia intereſt ſua ne fruſtra litiget cũ illo: quia ſi ferretur ſententia pro ſe non valeret, ſed cõtra ſe valeret:& ſic nõ reciperet niſi damnũ.Et iſta exceptio quia reddit iudiciũ retro nullũ in caſu prædicto, quandocunq; poteſt opponi quò ad reliquũ proceſſum nondũ factũ: vt j.eo.l.licet.cũ paria ſint nõ habere mãdatũ, vel habere, ſed nõ legitimũ.arg.l.quoties.qui ſatiſd.cog.Sed ſi peteretur pronũciari proceſſum iam factũ eſſe nullũ:quia cũ non legitima perſona factus eſt:tunc ſi hoc petat aduerſarius, & minor contradicat, non eſt audiendus, ſed expectandus finis:quia poterit ferri ſententia pro minore: & ſic futurus euentus declarabit an ille proceſſus valuerit, vel non.arg.l.iij.§.qñ autem.ff.de iure fiſci. Si verò ipſe minor cũ authoritate tuto.peteret pronunciari proceſſum nullũ, tunc debet audiri: & iudex examinabit proceſſum, & ſi videat malè geſtum, pronunciabit pro minore ipſum nullum.Si videat contrarium.pronunciabit valere.& ſi poſtea videat ferri ſententiam cõtra minorem ex defectu proceſſus, poſtquam ſemel pronunciatum fuit illam tendere in fauorem minoris: ita intelligo no.hic per Pe.& Cy.qui obfuſcatè loquuntur.

1 ☞ *Ad hoc ut oriatur actio mandati inter dominũ & procuratorem, debet mandatum eſſe gratuitum etiam à remuneratione licita, aliàs non oritur actio mandati, ſed locati, uel præſcriptis uerbis.*

LEX XV.

1 ITem te. †Procurator qui pactus eſt de quota litis, repellitur ab officio procur.h.d. In tex.ibi. [profeſſus eſt.] dic ſcilicet in libello ſupplicatorio, & vltra hoc narrauit etiam iſte qualiter fuit repulſus propter iſtã cauſam ab agendo: vnde petijt à ꝓcuratore, an iuſtè fuerit repulſus, vel nõ. & Imperator rñdit quod licitum non fuit ſibi litẽ redimere, per conſequens ꝙ iuſtè fuit repulſus: vt l.ſi qui aduocatorũ.ſ.de poſtu.& ff.de pactis.l.ſumptus.& qñ dicatur litẽ redimere:dic vt ibi, ſcilicet qñ paciſcitur de quota litis:vel de tota quantitate in caſu victoriæ: & niſi vinceret, nihil volebat:vt l.ſalariũ.ff.mand. Sed ſi in omnẽ euentũ:ſiue vincat, ſiue non vincat, paciſceretur de cõpetẽti ſalario, hoc non eſt improbatum:vt in d.l.ſalariũ.Et ſi tunc in caſu victoriæ aliquid paciſcatur in loco palmarij:vt l.j.§.ſed palmarij nomine. ff. de var. & extraordi.cog.In text.ibi. [officium gratuitũ eſſe debet.] Dic ab illicita conuentione, nõ à licita remuneratione ſecũdùm Cy.

2 in d.l.ſalariũ.† Sed opp.quia iſti ꝓcur.palatij nunquam ſumunt gratis:ergo non videntur habere mandatũ, quod debet eſſe gratuitum:vt l.j.ff.mand.Sol.& tene menti quantũ ad hoc vt oriatur actio mandati inter dominum & procurato. debet eſſe gratuitum:etiam à remuneratione licita:aliàs non oritur actio mandati:ſed locati:ſi cõſueuit operas ſuas ad hoc locare, vel præſcriptis verbis, ſi non conſueuit locare: vt l.naturalis.§.penult. ff.de præſcrip.verb.Et habito reſpectu ad hoc dicti ꝓcur. nõ dicũtur procur.ꝓpriè loquẽdo. Sed quantũ ad hoc vt qui admittãtur ad agendũ, bene dicũtur procu.quia in eis cadit diffinitio ꝓcur.qui dicitur ille qui mandato dñi aliena negotia adminiſtrat: vt l.j.ff. eod.tit.Et per iſtum modum reſpõdetur cauillationi quæ poſſet fieri.ſi quis opponeret contra inſtrumentum procur. ꝙ non eſt legitimum:vel quòd non probat ipſum eſſe procur.cum ibi cõtineatur pactũ de dicto ſalario:& mãdatum debet eſſe gratuitũ: vt not.Bald.in dicta l. naturalis.§.penult.

1 ☞ *Habens mandatum generale cum libera, quòd poſſit uendere.*

LEX XVI.

1 PRocuratorem. †Venditio facta in præiudicium dñi per procura.non habentem ad hoc ſufficiens mandatũ, eſt nulla:nec ex illa transfertur dominiũ.h.d.

2 †Tunc aũt diciꝰ habere mandatũ ſufficiẽs, qñ hoc ſpecialiter exprimitur in inſtrumẽto, vel qñ habet generale mandatũ cũ libera:vt l.ꝓcur. cui libera.ff. eo.ſecus ſi gñale ſine libera:vt l.mãdato gñali.& l.ꝓcura. ff.eod.

1 ☞ *Procuratores palatij qui conſueuerunt operas ſuas ad hoc locare, poſſunt cogi ex iuſta cauſa officium procurationis acceptare. & nu.9.*

2 *Si reperitur in inſtrumento quòd talis conſtituit talem procuratorem ſuum præſentem & intelligentem, niſi dicatur & acceptantem, non tenetur proſequi litem, & ſi acceptaſſet, nec faceret diligentiam ſuam, an teneatur domino ad intereſſe?*

*Procurator recipiendo inſtrumentum procurationis, an uideatur officium acceptaſſe?*

3 *Si ſcholaris poſuit librum ſuum in domo alicuius præſente & uidẽte domino domus, & inde fuit acceptus:an ille dominus teneatur?*

4 *Appellatio eſt de appenditijs primæ inſtãtiæ ſeu cauſæ, & quid de proſecutione appellationis? & nu.5.*

5 *Procurator qualiter debeat appellare:an ſuo nomine tanquam dominus litis, an procuratorio nomine domini?*

6 *Procurator ſi non defendit:an poſſit remoueri ab officio procurationis? & quid in tutore uel curatore?*

7 *Procurator ſi non appellauit, an excuſetur propter pubertatem.*

8 *Si appellauit, & non poteſt proſequi propter paupertatem, an currant tẽpora fatalia?*

9 *Procurator ſi acceptauit officium ſponte, & poſtea non defendit:an compellitur defendere? & nu.10.*

10 *Procurator actoris, an uideatur habere mandatum ad defendendum, ſi in inſtrumento hoc non dicitur?*

LEX XVII.

1 INuitus. †Non cogitur quis inuitus acceptare officium procurationis pro actore, vel pro reo. Sed ſi ſpõte acceptauit, & cõtra ſe ſententiam reportauit, tenetur appellare: nõ autẽ proſequi appel. virtute mandati ſimpliciter dati ad primã cauſam. h.d. Et primò loquitur in ꝓcuratore cõſtituto ab actore, vſq; ibi. [Sed nec.] Et de iſta prima parte nõ eſt dubiũ. Secundò de dato reo ad defendendũ ſecũdùm vnã lect.quæ cõiter teneꝰ, vel ſecundũ aliã quæ fuit antiquorũ, ꝓſequitur eandẽ cauſam.de procur.actoris.& loquitur, & debet intelligi qñ officiũ acceptauit. Et in hoc differt à principio, vbi non acceptauit. Sed cũ reus vellet actorem reconuenire, & petere ꝙ ipſe defenderet dñm in cauſa recõuentionis, ſi hoc recuſabat facere, quæriꝰ an cõpellatur præciſè defendere, & diciꝰ ꝙ non:quia ſufficit ꝙ fidẽ ſuſceptam, ſcilicet de agẽdo, impleat. Nã ad hoc videꝰ habuiſſe mandatũ, & illud acceptauit. Si autem defendat dñm in cauſa recõuentionis.licet lex dicat ꝙ niſi hoc faciat repellaꝰ ab agẽdo, vt ſ.eo.l.actionẽ.hoc tamen nõ cenſeꝰ mandatũ à dño:vt not.in l.ſi defunctus.ff.eo.tit.§.fi.ideo præciſè nõ cõpelliꝰ:licet ab agẽdo repellaꝰ. ita intellexerunt antiqui:quẽ tñ intellectũ gl.non approbat.venio ad caſum.Sed ſecundùm aliũ intellectũ ꝙ loquaꝰ in procur.rei, debet intelligi qñ nondum officium acceptauit. Nam ſicut cõſtitutus ab actore ſi nondũ acceptauit, non compellitur acceptare:vt in princ.l.ita & conſtitutus à reo:ſi nondũ acceptauit:vt in fi. dicitur. [cũ fidem ſuſceptam &c.] debet ſic intelligi, ꝙ ille qui dedit fidem ſuper

aliquo

aliquo,debet ipſam fidem obſeruare. Sed ille qui nō acceptauit, non dedit fidem:ideo non tenetur obſeruare.Et iſtam lect.tenēt Docto.† In tex.ibi.[nemo cogitur.] dic niſi conſueuerit ad hoc operas ſuas locare,vt ſunt iſti procu.palatij. Nā illi verè poſſent cogi ex iuſta cauſa:ſicut aduocati:vt ſ.de poſtula.l.prouidendū. Ver.ſi quis verò monitus. Videtur aūt acceptare ſi recipit inſtrumentū procu.& nihil proteſtatur in contrarium:vt eſt hodie caſus in cle.j.eo.tit.facit l.ſi filius.ff.ad maced. In dubio autem cenſetur inuitus,ſi non probatur quòd fuerit volens.vt in j. glo. Ex qua not.quòd ſi reperitur in inſtrumento quòd talis conſtituit talem procu.ſuum præſentem, & intelligentem. niſi dicatur & acceptantem,non tenetur proſequi litem : quia cenſetur ille potius recuſaſſe quàm acceptaſſe.Sed ſi acceptaſſet,& non faceret diligētiam ſuam, domino teneretur ad intereſſe.l. ſi procurator. §.ſi.man.hoc tamen verum ſecundùm Cy. niſi ille ſit attinens, vel multum amicus conſtituentis. quia videretur potius acceptaſſe.argu.l.ſi ſeruus.ff.de dona.inter vir. & vxorem.

3 † Et iſtud inducit Cy.ad pulchram quęſtionem.Pone quod ſcholaris poſuit librum ſuum in domum cuiuſdam : quia non poterat tunc ad domum ſuam redire:pręſente & vidente domino domus.Liber fuit inde arreptus:ſcholaris repetit ab illo : qui non bene cuſtodiuit.ille dicit ſe non recepiſſe in cuſtodiā.dicit ipſe: & ſi erat

a multum amicus[a] vel conſanguineus & affinis,videtur recepiſſe cuſtodiam tanquam depoſitarius. ideo ſi interueniente ſua culpa liber fuit arreptus : quia receſsit de loco ſine cuſtodia dimiſit librum,tenebitur emendare.l. quod nerua. ff. depoſi.aliàs ſecus.Et iſtam quæſtionem mouet Ioan.Andræ.in addi. Spec. in titulo de depoſito.tene menti. quia iſte caſus poſſet de facili contingere.In textu ibi. [vltra, niſi prouocationis cauſa, extendere.] Iſte textus intelligitur duobus modis. Primo vt velit dicere vltra cauſam prouocationis,id eſt vltra interpoſitionem appellationis bene enim tenetur interponere appellationem.ſed vlterius proſequi eam nō tenetur: & iſte intellectus probatur in l. ſi actor.j.de appella.vbi actor conſtitutus à tutore in aliqua cauſa pupilli,ſi feratur ſententia contra ſe,tenetur appellare. Sed proſecutio appellationis non ſit ab eo:ſed à tutore, vel curatore.Et ſic iſtum intellectum tenent Docto.Secundo modo intelligitur ſecundū antiquos vltra cauſam prouocationis.i.vltra interpoſitionē appellationis:& etiā proſecutionē ipſius non tenet̄ extendere ſe ad aliā cauſam penitus diuerſam. Si fortè fuit cōſtitutus in duabus cauſis,& ipſe acceptauit officiū in vna tantū, & non

4 in alia.† No.ergo ſecundū vnū intellectū ꝙ appellatio eſt de appenditijs primæ inſtātiæ ſeu cauſæ:ideo q̄a acceptauit officiū in prima cauſa,tenet̄ appellationē interponere tanquā de appenditijs et cōnexis.vt alibi in ſimili.l.nā et ſeruus.§.ſi viuo.ff.de neg.geſt.Idē dicit Spec.in omni actu præiudiciali q fiat ꝑ iudicē cōtra ꝓcuratorē ꝓcuratorio noīe,ꝙ ipſe debeat appellare, aliàs tenebit̄ dño ad intereſſe:vt l.liberto.§.ſi.ff.de neg.geſ.niſi iuſta cauſa ſubſiſtente omiſiſſet:puta ꝓpter metū.tñ tūc debet denuntiare dño infra tēpus,vt poſsit appellare.arg.in l.Itē quærit̄.§.exercitu.ff.loc.Et hęc habent̄ in Spec.in ti.de appel.§.j.ver.breuiter,

5 parū poſt prin.§.& ver.illud aūt.† Qualr̄ aūt deberet appellare. an ſuo noīe tanquā dñs litis,an ꝓcuratorio noīe dñi vide Bal.in l.j.§.ſi quis appel. ſit.Item no.ex eadē lec. prima ꝙ proſecutio appellationis nō eſt de appenditijs primæ cauſæ:ideo qui acceptauit officiū in prima cauſa & appellauit,non tenet̄ ꝓſequi: tāquā ſecundā diuerſa hoc tñ verū qñ appellauit à diffinitiua.ſecus qñ ab interlocutoria:qđ dic vt ꝑ Bar.in l.cū ꝓcurator.ff.de no.ope.nu.Et hic eſt verū qñ mandatū ſuū non extendebat̄ niſi ad primā cauſam:q̄a tunc nec tenebat̄ proſequi:nec etiā poterat virtute illius mandati:ſed ſi extendebat̄ ad cām appellationis: vt q̄a fuit gñaliter cōſtitutus ad cauſas vel lites,ꝓſentes vel futuras,vel ſpecialiter ad vnā cām cū poteſtate appellandi, & appellationē ꝓſequēdi:ſic caſu ſimpliciter acceptando vr̄ acceptaſſe ſuper eā,eo qđ comprehendunt̄ in mādato.ideo tūc poſſet ſi vellet ꝓſequi,& per conſequēs etiā teneret̄:q̄a niſi hoc faceret fidē ſuſceptā nō impleret:qđ fieri nō debet:vt in ſi.huius l.Et iſto modo debēt intelligi iura allegata in gl.per antiquas gl.propter quæ mouebant̄ ad dicendū ꝙ ꝓcurator tenebat̄ etiā ꝓſeq:vt ff.an ꝑ ali.cau.appel.l.ſi.

6 † In gl.q.in ſi.ibi.ſ.[eo.l.eū qui.] tu dic ꝙ hic loquit̄ qñ nō acceptauit officiū.ibi qñ acceptauit:& tūc vel cōpellitur defendere: vel ſi nō defendit,remouetur ab officio procurationis.Bar. autē intelligit illam legem in tutore & curatore, quos pōt iudex remouere ab officio procurātiōis,ſi nō defēdūt. nō ſic ꝓcurator vt ibi dixi.Sed vt illa lex faciat ad ti.vr̄ poſſe ītelligi etiā in ꝓcuratore:& iſtā partē tenet hic do.Raph.& ſic licet ad iudicem non pertineat, ſed ad partē. qñ enim dñs eſt abſens, bñ pertinet ad eū procuratorem conſtitutū ab adminiſtratione remouere ꝓpter negligentiā:qui poteſt ſupplere de facto pro abſente.argu.in l.ampliorē.j.de appel.in prin.

7 † In gl.ſeq.in prin.ibi.§.[ſi ignorantes.] Dic ille.§.obſta.qđ excuſet̄ ab appellando propter paupertatē.Sed contra.quia poteſt appellari viua voce : & ſic nulla imminet impenſa:vel ſi appellatur in ſcriptione,eſt paruiſsima expenſa in dando libellum appella

b toriū.quare ergo excuſat paupertas.[b] vnde dicit Bart.quòd ille §.non loquitur de interpoſitione appellationis : ſed de proſecutione.in qua imminet impēſa.Sed tunc obſtat his quæ hic no. ꝙ non teneat̄ proſequi: quia ille.§.vult cōtrariū.niſi excuſetur propter paupertatem. So.ſcđm Bar.ibi nō loquitur in procu. ſed in fideiuſſore condēnato:qui litigauit ſuo nomine : ꝓpter ſuā obligationē:licet ad cōmodū debitoris:vnde debuit appellare, & appellationē proſequi.& idē in emptore condēnato cā euictionis. niſi ſnīa ſit euidēter iuſta : quia nō ꝓhibentur agnoſcere bonam fidē:vt.l.herēnius.§.Caia.ff.de eui.Sed ꝓcu.litigat noīe dñi:& ꝓ obligatione dñi,nō ꝓ ſua.vñ tenet̄ appellare,ſed nō ꝓſequi:quia nec poteſt ſi mandatū ſuū ad hoc ſe nō extēdit:ita intelligit Bar. qđ placet.tñ ille.§.videt̄ loqui de actu appellandi.non de proſecutione.vnde vult ꝙ paupertas excuſet.vnde poteſt poni exemplum.qñ appellās tenetur ſoluere in cōi certā quātitatem,ſi vult ꝙ appellatio admittat̄:vt eſt in ciuitate Lucana.vel ꝙ det certos fideiuſſores:& ille fideiuſſor nec ſoluere poteſt propter paupertatem.

8 † Quid aūt ſi appellauit aliquis,& ꝓpter paupertatem nō poteſt ꝓſequi.an currāt tempora fatalia? vide qđ no.vj.q.iij.c.ſi ægrotās.&.c.ſi dilecti.de dolo & cōtu.Et tutor & curator tenentur appellare,& appellationē proſequi:qm̄ mandatū ipſorum eſt generale. & ad oīa extenditur.h.d.Spe.in tit.de appel.§.j.ver.& breuit̄.&.j.de appel.l.ſi actor.& vt cauſæ poſt pubertatē aſsit tutor.l.vnica.Ad leges aūt in cōtrariū allegatas ꝙ ꝓcurator teneat̄ proſequi.Rñdeo vt j.ſequit̄ in gl.in ver. [ſed videt̄].vſq; in ſi.gl.

9 ſi.quæ incipit.[puta.] † pro declaratione glo.& materiæ recolligēdo ſic diſtingue.Nā aut quærimus vtrū ille qui nō acceptauit officiū procurationis cogatur illud ſuſcipere.& dicēdum quod nō.nec ꝓ reo.nec pro actore.ſcđm verū intellectum huius.l.nec preciſè.nec cauſatiuè:niſi ſolitus ſit operas ſuas locare. ad hoc.l. prouidendum.ſ.de poſtula. Aut acceptauit officium ſponte:ſed poſtea non defendit:& quærit̄ in cōpellatur defendere.tunc loquitur iſta glo.& pro eius declaratione : quia multa dicit : dic ꝙ aut præſtiterat ſatiſdationē de iudicato ſoluendo:& tūc ſi quęritur an cōpellatur preciſè.dicendū eſt ꝙ nō:ſed bñ cauſatiuè cōpellitur : quia ſi eſt procurator rei, repellit̄ ab officio ꝓcuratoris. vt.ſ.eo.l.iij.ſi verò eſt ꝓcurator actoris,repellitur ab agēdo:vt.ſ. eo.l.actionē. & tenet̄ dño ſuo ad intereſſe:quia fallit fidē. poſtq̄ enim acceptauit officiū,cenſet̄ dediſſe fidē de agendo & defendēdo,ſine qua fideiuſsione nō poterat admitti ad agendū:vt in.d.l. actionē.& hic in glo.circa mediū.ibi. [quia ſi alicui eſt mandatū &c.] niſi ex iuſta cauſa:vt ſi nō poſſet dare fideiuſſorem de iudi. ſol.& nō fuit à dño releuatus.& hoc voluit hic Azo. in ſum.vbi locutus eſt dubitatiuè,dicēdo ꝙ fortè tenet̄ ad intereſſe,licet hic affirmatiuè loquat̄ ſcđm Cy. Aut iā ſatiſdederat de iudicato ſoluendo : & tunc ſi eſt procurator actoris,poteſt preciſè compelli ad defendendū:vt.l.ſed & hæ.ff.eo.§.præter. & hoc ſi pendet cā cōuentionalis. Sed ſi eſſet cā finita,& reus vellet poſtea reconuenire actorē,non teneretur procurator defendere:& ita quidā intelligunt hanc legem in ver. [ſed nec.] & iſta glo.in prin.innuit ibi. [puta egit procurator &c.] intellige egit & peregit. & hæc

10 eſt ſingularis limitatio ad nullum.§.præter. † Si verò loquitur ex parte rei : & tunc diſtinguitur.an ipſe dñs ſatiſdederit procu-

a ¶ Multum amicus. Aduerte quia cōtra hāc deciſionē videt̄ facere qđ ponit Bal. in authē.habita.j. ne fil.ꝓ patre vbi dicit qđ doctor legēs ī domo ꝓpria,non tenet̄ ſcholari deferēti ibi librū,ſi illū ꝑdiderit licet tñ doctor appellet̄ magiſter,& pater ſcholariū facit glo.in l.liberto.ff.de op. li. ibi dū ſupplet & magiſtri. ſecundò facit tex.in l.ſi ego.§.ſi.ff. de iure do:& ibi pōderat Bal.in reportatis antiqs. q loquit̄ ī viro & vxore. ideo cogita.Fran.Cur.

b ¶ Paupertas excuſat. Adde Baldum in l.acceptum.C. de furt.& in l. ij.in §.ſi qs.ff.ſi qs cau.Inno. in c.ex rōne.de app.

1 ¶ De facto. Adde Bald.in l.ij.j.de vxo. mili.

ratore præſente, & cõſentiente: & tũc idem.
vt pręciſè cõpellatur defendere vt.ff.eo.l.ſi
defunctus. Si verò ipſo abſente, & nõ præ-
ſente vel ip ſe procurator & non dñs ſatiſdederit, non cõpellitur
pręciſè. quia ſufficit cõtra eum cõmitti ſtipulationem de iud.ſol.
ob clauſulã de defendẽdo.l.nõ cogendũ.§.j.& l.ſiliuſfamilias.§.
fi.ff.eo.ti.& de his vide bonã & plenam gl.in.d.l.ſed & hæ.§.prę-
ter. Et q̃ ſit ratio diuerſitatis inter procuratorẽ actoris, & rei.dic
vt ibi no. An autẽ procurator actoris videatur habere mandatũ
ad defendendũ, ſi in inſtr̃o hoc nõ dicaẽ.ſed ſolũ ad agendũ?gl.
hic.videtur tenere ꝙ ſic in illo verſ.quia ſi alicui &c.tamen illud
mandatum eſt tacitum: & venit in conſequentiam expreſsi. Sed
gl.in.d.l.ſi defunctus.§.fi.in gl.j.vult contrarium. quòd non de-
fendat ratione mãdati taciti, vel expreſsi. ſed ex diſpoſitione le-
gali. Prima pars verior hic videtur, per rationem, quam ponit
gloſſ.per.l.ad rem.& l.ad legatum.ff.eo.

1 *Mulier ſi diſpenſatiuè admittitur in procuratricem filij, non iuuatur uelleiano.*
*Minor qui diſpenſatur ad defendendum alium, quòd non iuuetur per reſtitutionem in integrum.*

## LEX XVIII.

1 ALienam. † Mater non poteſt eſſe procuratrix fi-
lij, ſi poteſt filio de alio prouidere, &
etiã ad defendendũ.h.d.bene facit.l.qui aliena.§.quã-
quam.ff.de neg.geſt.& l.filiæ.ff.de ſol. In gl.ibi. [ff.de
app.re.] l.j.dicit Bart.quòd ratio eſt: quia in cauſa appellationis
poteſt ferri ſententia contra pupillum: non ſic in cauſa principa-
li. Bal.reprehendit. dicens quòd contra pupillũ indefenſum nec
in cauſa principali nec in cauſa appellationis, põt ferri ſnĩa diffi-
nitiua, vel ſibi ſimilis.vt l.ſi præſes j.quõ & qñ iudex. Breuiter
intentio Bar.fuit alia.quòd qñ eſt lata ſnĩa cõtra pupillum inter-
ueniente fortè tutore: & ſic eſt valida, & poſtea fortè moritur
tutor infra tẽpus appellãdi: & ſic nõ eſt qui appellet, poteſt ma-
ter appellare: & appellationem proſequi: quia periculũ eſt in mo
ra: quia ſi nõ appellatur, ſnĩa tranſit in rẽ iudi. & idem ſi non fiat
proſecutio: vnde tunc nõ attenditur an poſsit ſibi facere dare tu-
torem: an nõ. ſed in cauſa principali non imminet hoc periculũ:
nec ſimile: q nõ põt pati ſcd'm decretũ.l.ſi minor. de bo.autho.
iu.poſſ. In gl.ibi.[quia eis poteſt conſuli ꝑ tutores.] ſecus ſi eſſet
maior. & ſic non poſſet ſibi conſuli de tutore: & eſſet impeditus.
& nullus alius reperireẽ qui eũ defenderet. & ita tenet gl.in d.l.j.
de appel.re.quia ſi poſſet defendere aſcendentem (vt in.l.fœmi-
2 nis.ff.eo.) poſſet & deſcẽdentẽ ſubſiſtente eadẽ cauſa. † In fi.gl.
ibi.[multò magis defendere.] dic in cõtrariũ videẽ: quia cũ agit,
non intercedit: ſed qñ defendit, intercedit ſatiſdando de iudi.ſol.
& ſic nõ videtur admittenda: quia nõ eſt idonea, vt iuuetur vel-
leiano.dicit Barto. quòd imputet ſibi actor quare non facit eam
renuntiare velleiano: quòd ſi vult admitti ad defendum, tenetur
renuntiare vellei. & valebit indiſtinctè renuntiatio. ſicut quãdo
ſuſcipit tutelam filij, vt in authẽ.matri & auiæ ✱ j.qñ mu.tu.offi.
fun.põt. Breuiter tex.in.d.l.j.de appel.recip.vr̃.dicere ꝙ eo caſu
quo admittiẽ diſpenſatiuè, nõ videtur intercedere. & nõ iuuatur
velleiano. Et hoc placet.ne actor decipiatur. & quia video in ſi-
mili qñ diſpenſatur cũ minore, ꝙ poſsit aliũ defendere.quia non
iuuatur per reſti.in integ.vt no.ſ.eo.l.exigẽdi.in glo.fi.

## LEX XIX.

1 SI pretium. † Pretium conuerſum in vtilitatem
dñi, qui venditioni rei ſuę factę per
geſtorẽ ſuum non conſenſit, reſtitui debet emptori per
ipſum dñm rem ſuã vendicantẽ.h.d.facit.l.emptor.ff.
2 de rei ven.ita dixi his diebus in q̃õne de facto.* quia executores
vltimæ voluntatis pro exſoluẽdo legata & debita vendiderunt
quandã poſſeſsionem nõ ſeruata debita forma: quo caſu poteſt
retractari venditio: iuxta no.per Bar.in.l.alio.ff.de ali. & cib.leg.
quòd ſi hæres agat contra emptorem rei ven.neceſſe habet reſti-
tuere pretium in ipſius vtilitatẽ cõuerſum, & ſolutum legatarijs
aut creditoribus. Sed plus videtur ꝙ ſi executores habent pote-
ſtatem vẽdendi (vt moris eſt) & ipſi vẽdant nõ bonafide: qa ipſi
poterãt ponere manus ad mobilia quæ extabãt, vel non fecerint
ſubhaſtationẽ, ad videndum ſi poterant habere maius pretium:
vel pretium conuerterunt in vtilitatem hæredis, ꝙ propter illas
cauſas non eſt retractanda venditio, niſi in ſubſidium: ſi execu-
tores non reperiantur ſoluendo: & ſic hæres vellet incipere ab
eis, non ab emptore.niſi in ſubſidium. ne emptor remaneat de-
ceptus ex poteſtate data à teſtatore dictis executoribus: & ex fi-
de quam habuit de eis. Nam iuſtius eſt quòd hoc potius noceat
hæredi quàm emptori. qui nõ debuit eſſe curioſus quòd execu-
tores conuertant in cauſam pro qua vendiderunt.arg.l.doli.in fi.
ff.de noua. & de hoc dico eſſe caſum.j.ſi ven. pig.aga.l.j.propter
hoc recuſaui conſulere pro hærede qui vendicabat recta via ab
emptore omiſsis executoribus. licet Bar.innuat contrarium in
dicta l.alio. & ad illam.l.j.non dat bonum reſponſum.

2 *Differentia, an procurator cõſtituatur à principio litis, an poſt litem conteſtatã.*
3 *Duo an poſſint eſſe domini inſolidum?*
*Procurator ſi fuit conſtitutus poſt litem conteſtatam: an condemnatio fieri debeat in perſonam procuratoris, an domini?*

## LEX XX.

1 NIhil. † Non refert an cõſtituatur procurator à prin-
ci.ante lit.conte. an poſt eam cœptã.hoc dicit.
& ſemper allegatur.dic quòd quærebatur ab Impera-
tore.nam certũ eſt quòd à principio poteſt quis con-
ſtituere procuratorẽ ad agendũ & defendendũ.l.j.ff.eod.§.vſus.
nõ enim cõpellitur quis per ſe agitare cauſam.l.fi.j.eo. Sed quid
ſi elegit viã agitandi per ſe: & fuit litem cõteſtatus: poſtea tędio
affectus vult conſtituere procuratorem: aduerſarius autem non
vult ipſum admittere. dicẽs quod quã viam elegit dñs.ſ. litigan-
do pro ſe, hæc ſibi pateat, & teneatur eam proſequi: vt in.l.ſi mu-
lier.§.fi.ff.quod met.cau. Quæritur quid iuris: & determinatur
hic contrarium: & ſi non videatur ſe aſtrinxiſſe ad litigandũ per
ſe.ideo fuit inuentus vſus procuratoris, vt quandocũq; placue-
rit alicui ipſum cõſtituere, & ſe à labore eximere, hoc facere poſ-
2 ſit. † Pro declaratione gl.opp.circa fi.gl.quòd imò ſit longa dif-
ferentia: an procurator conſtituatur à principio, quia tunc ipſe
conteſtatur litem. & per conſequens efficitur dominus litis: vt j.
eo.l.procuratoribus. & ſic ſuo nomine, & ex ſua perſona poteſt
alium procuratorẽ loco ſui conſtituere, etiam dño inuito, qui ſi-
cut non põt ipſum reuocare inuitũ. vt in.d.l.procuratoribus. ita
nec impedire ſubſtitutionẽ prædictã. Sed ſi dñs primò litem con
teſtatur: & ſic efficitur dominus litis & inſtantiæ, deinde conſti-
tuit procuratorẽ, nõ eſt amplius fienda conteſtatio. & per conſe-
quens non poteſt procurator effici dñs litis.ergo non põt alium
ſubſtituere ſuo noĩe.ſed demũ nomine dñi, ſi habeat ad hoc ſpe-
ciale mandatũ.gl.hic fatetur in fi.quòd quãtum ad hunc effectũ
non eſt idem cõſtituere à principio, vel poſt: ſed quantũ ad alios
effectus quos gl.enumerat in prin.vſq; ad illũ ver. [porrò.] non
refert conſtituere à prin.vel ex poſtfacto. & Bar.vr̃ ſequi gl. Di-
cit tñ ꝙ ſi dñs qñ conſtituit procuratorẽ poſt lit.conſta.factã per
ſeipſum, faciat remitti omnes actus iudiciarios vno contextu in
perſonã procuratoris. & ſic dicitur fieri quædã delegatio. iuxta
ea quę habentur in.l.mutari.ff.eo. & trãſfertur in procuratorẽ di-
rectum ius inſtantiæ: quod tamẽ fieri non põt: niſi conſentiente
aduerſario: vt in.l.j.ff.de noua.quod tũc talis procurator tanquã
dñs directus litis poterit aliũ ſubſtituere. Idẽ ſi dñs cedat procu-
ratori tale ius inſtantiæ. quod tunc apud ipſum dñm remanet
directum: & in procuratore remanſit vtile. ratione cuius poterit
ſimiliter ſubſtituere. Sed ſi neutrum iſtorum factum eſt. puto gl.
dicere veritatẽ, quia cũ principalis ſit effectus dñs, duo non poſ-
ſunt eſſe dñi inſolidum, talis procurator per actus quos poſtea
faciet non efficietur dñs: & per conſequẽs non poterit procura-
tor aliũ ſubſtituere.ſed Pet. & Iac.but.quos ſequitur Bal. dicunt
quòd imò ipſe procurator per primũ actum cõtradictorium quẽ
poſtea faciet, efficietur dñs quò ad ſequentes actus: ſicut fuiſſet
effectus à principio per conteſtationem litis. quia primus actus
quantũ ad ſequentes habet vim conteſtationis. vt etiam præclu-
dat viam opponẽdi exceptionem procura. de qua in.l.ita demũ.
ſ.eod.ſicut præcluſerat per conſtitutionem. ſed tunc quomodo
reſpondetur ad rationem Bar.quòd duo non poſsint eſſe dñi in-
3 ſolidum † Et iſto caſu reperirentur duo. ſcilicet ipſe principalis
effectus per conteſtationẽ: & procurator effectus per alios actus
contradictorios. ipſi tenent quòd hoc non ſit inconueniens. nam
in iuribus incorporalibus, vt in ſeruitute, poſſunt eſſe duo do-
mini eiuſdem ſeruitutis inſolidum. ſed ſi lis eſt huiuſmodi: quia
eſt

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

eſt quoddã ius incorporale ad litẽ ꝓſequẽdam vſq; ad finem. & ita poſſunt ſtare ſimul: quia ipſe principalis poſt cõteſtationem litis ſit obligatus ad hoc. nec per cõſtitutionẽ ꝓcuratoris poſtea ſtatim liberetur ab iſta obligatione. & ſimiliter ipſe ꝓcurator per primum actum quem fecit obligetur ad proſequendum cæteros actus vſq; ad finem. Ita declaro intentionem prædictorum licet ipſi non ſic clarè loquantur. & eſt ſatis pulchra & ſubtilis imaginatio: & ſic poſito etiam q ſi neutrum de duobus quos dicit Bar. interuenerit, ſ. nec delegatio, nec ceſsio. nihilominus poterit dictus procurator poſtquam aliquem actum fecit, cum in parte ſubſtituere ſuo nomine, tanquam dominus litis. Et ex hoc reſpondetur ad aliud quod gl. hic tangit. Sed quęro eo caſu quo fuit conſtitutus poſt lit. conteſt. & ſic procurator rei, & veniat ferenda condemnatio. In cuius perſonã feretur? an ꝓcuratoris: an dñi. Et glo. hic tenet q in perſonam procuratoris. & fuit opi. Io. & Bal. pro qua faciunt aliqui tex. quos gl. alle. ſed in cõtrariũ facit opinio eiuſdem Io. recitata in fi. gl. qui vult quod talis procurator nõ poſsit effici dñs litis per actus ſequẽtes. Et ſi eſt hoc, quomodo poterit ferri ſnĩa in perſonã eius contra. l. j. de ſentẽ. Ideo Azo tenuit cõtrariã opi. q imò in perſonam dñi principalis. Nos poſſumus dicere: & ita ſeruat conſuetudo, q in perſonã vtriuſq; quia vterq; eſt dominus litis: & licet Vltramõ. reprehẽdant glo. tñ ibi dicit (vt omniũ ſeruetur opi.) condemnet vterq;. Pet. dicit imò omniũ deſtruit opi. quia ſic non proderit conſiliũ iuriſconſulti ad euitandam infamiam. l. furti. §. qui alieno. ff. de his. Tu dic q imò illa opi. procedit de iure, non ſolum de conſuetudine, per ea quæ dixi. Ad rationẽ Pet. q illud conſilium ſit fruſtratorium. reſpondetur: imò nõ eſt: qa ſi procurator interue<sub></sub>nit à prin. ſine dubio ipſe ſolus cõdemnat, & nõ dñs, & ſic dñs euitat infamiã, ita loquit ille §. q alieno. Si verò poſt litem conteſtatam factã à dño: tũc cõſiliũ eſt (ad euitandũ infamiã) quòd cõdemnetur procurator: & non dñs. cum hoc poſsit fieri. & erit idem. Sed ſi cõdẽnabitur dñs, fateor q poſsit fieri ſed non euitabit infamiã. Conſilium eſt ergo q cõſtituat ab initio. & hoc voluit Iuriſconſultus in d. §. qui alieno. ſi bene conſideretur. De iſta materia vide tex. cum glo. in c. querelã. de elec. vbi probatur q vterq; cõdẽnetur, ſ. procurator & dñs: & ſic de iure canonico dicta opi. approbat. Sed qd ſi iudex vult tantũ vnum condẽnare, non vtrũq;? Reſpõdeo poteſt quem velit. vt ſentit Bal. in l. j. de ſen. Sed quid ſi libellus erat datus contra dominum, nec erat ſnĩa conformis libello, contra. l. vt fundus. ff. commu. diui. cum ſi. ſentit hic Bal. hoc non obſtare. q ex quo in procuratorem trãſlatum iudicium, vt patet in hac l. in fi. dum dicit. [tranſitum fecerit.] cenſetur etiã trãſire libellus, ſeu virtus eius. In duobus tamẽ caſibus nõ poteſt ferri in procuratorem. Primus qñ verba non poſſunt cõgruere in pſonã eius: vt in criminali, vel matrimoniali cauſa: vt hic ſequit in glo. in ver. [& hoc ſi verba.] quã Barto. reputat ſingularem. & quãdo procurator fuiſſet conſtitutus ad vnũ tantum actũ cauſæ: puta ad ſnĩam audiendam dũtaxat, & ſi nihil egiſſet i cauſa. & ſic nõ poſsit dici dominus litis: vt hic in glo. quam tene menti. Et eam allegaui. ſ. eo. l. ſi procurator. vel ſi ad proponendas exceptiones dũtaxat: quia tunc diceretur nudus miniſter potius nuntius quàm procurator.

a ¶ Mulier habet triplex patrimonium, & ſi feratur ſententia contra maritum, noceat uxori?

3 Qui habet mandatum ad unum, cenſetur etiam habere ad aliud ſine quo illud explicare non poſſet, vel quòd venit in conſequentiam.

4 Idem eſt in cauſa, quòd in cauſato. imò potentius.

5 Idem accepit emphyteuſim pro ſe & liberis ſuis per lineam maſculinam deſcendentibus, & poſtea decedat relicta filia, & nullo maſculo, an filia admittatur ad emphyteuſim?

6 Idem de principio numeri, & ſic de uno, quod eſt de ipſo numero. Venditio facta pro uno nummo, an ualeat?

LEX XXI.

Maritus. † Maritus poteſt agere[a] pro vxore etiam ſine mandato, dummodo caueat de rato in quacunq; cauſa ipſius vxoris, niſi habuerit mandatum expreſſum de agendo ab ea in quadam cauſa: qa tunc cenſetur in alijs prohibitus agere: & ſic non poteſt etiam ſi vellet, de rato cauere. hoc dicit in effectu ſecũdum intellectum glo. Et ponit caſum quòd vxor dedit mandatũ marito, de agendo cõtra te in aliqua cauſa, iſte maritus egit in iſta & in alia quadam ſimul, & produxit mandatum. Tu oppo. quòd ad aliam, mandatum ſe non extendit: & ſic non debet admitti. vt. ſ. eo. l. ſi procurator ad vnã. ipſe replicat quod licet non poſsit virtute mandati expreſsi: poteſt tamẽ virtute mandati legalis: quia cõiuncta perſona. Reſpõdetur quòd ſi nullum habuiſſet mãdatum. iſta eſſet bona ratio ad admittendũ eum in quacunq; cauſa ipſius mulieris. dummodo caueret de rato. & hoc duplici ratione. quæ aſsignatur in tex. licet non ſit perſona coniuncta reſpectu ſanguinis. eſt tñ affinis, ſeu principium affinitatis, quòd tantum valet quatũ cõiunctio ſanguinis: vt. l. ſed & hæ. ff. eo. ſed quia habuit mandatũ limitatum, vr̃ prohibitus in alia cauſa agere. quia qui vnũ concedit, videtur aliud prohibere: vt. l. cum prętor. in prin. ff. de iudi. Coniuncta verò pſona licet poſsit agere ſine mandato, non tñ põt agere contra mandatũ. l. Põponius. §. fi. ſ. eo. ti. etiã ſi velit cauere de rato. vt ibi. & hoc ſiue ſit expreſſa prohibitio, ſiue tacita: vt in hac lege. quam no. In tex. ibi. [citra mandatum.] id eſt, poſito q conſtet ipſum nõ habere mandatũ. qui hoc fatetur. ſed ſi aſſereret ſe habere, etiã ſi nõ eſſet maritus, admitteretur cũ cautione de rato. poſito q non haberet reuera. dũmodo faceret aliqualẽ fidem de mãdato ſcd'm Doc. vel etiam nullam. ſcd'm gl. vt no. ſ. eo. l. j. In tex. ibi. [irruant.] ſ. nolentes. In tex. ibi. [cogantur.] ſ. inuitæ. In tex. ibi. [ſuſceperit.] ſubaudi ſcilicet de his actionibus intentendis. Fran. accur. † In gl. ij. ibi. [in

b paraphernalibus][b] & ſic mulier habet triplex patrimoniũ ſcd'm Ia. bu. nã primò habet dotem: & illa eſt in dñio mariti: & ideo ſi maritus cecidit à poſſeſsione rei dotalis, poteſt ipſam vendicare ſuo noĩe, nõ vxoris. l. doce ancillam. j. de rei vendi. ideo nõ cauet de rato vxoris. Sed quid ſi feratur ſnĩa contra maritũ. an nocebit vxori ſoluto ma. Cy. in. d. l. doce. vr̃ tenere q ſic. In contrariũ facit. l. Titio centũ. ff. de cõdi. & demõ. de hoc vide per Bar. in l. de die. §. j. vel. ij. ff. qui ſatiſda. cog. qui dicit q non nocet. niſi ſciuerit iſtam cauſam agitari, & non defendit: vt. l. ſæpe. de re iudi. Nec obſt. q maritus erat dñs tẽpore ſnĩæ. & ad ipſum ſpectabat facultas agendi: quia verũ eſt quòd tẽpore quo duraturũ erat matrimonium, non poſt. Secundò patrimoniũ eſt rerũ paraphernaliũ. quas vxor tradit marito in cuſtodiã, quod facere videtur ſi ſibi tradat inſtrã illarum rerũ: & tunc eo ipſo videtur ſibi dare mandatum de agendo pro illis rebus. ideo nõ cauet de rato: quia conſtat de mãdato, eo ipſo q docet maritus eas res fuiſſe ſibi traditas ab vxore, vel inſtrã ipſarũ: vt l. ne ſatiſdatio. ff. rem ra. habe. Bar. autem dicit quòd etiam in quolibet alio eſſet idem, qui probaret ſibi tradita inſtrumẽta aliquarũ rerum fuiſſe à dño: licet aliter de mandato nõ appareret, vel cenſeatur dediſſe mandatũ de agendo. per l. fi. de pac. cõuen. Sed Pet. reſtringit iſtud ad cõiunctam perſonam: quod eſt no. per c. coram. de offi. deleg. Sed ille tex. poteſt intelligi qñ non conſtat de traditione facta à dño. Poſito eñ quod apud te extraneum reperiantur inſtrã mea: ſi nõ appareret quod hæc tibi tradiderim, hæc nõ eſſet ſufficiens cauſa ſeu ꝓbatio mandati. per illud. c. ſed aliqualis reſultat pręſumptio, qua fecit te admitti cũ cautione de rato: vt not. Bart. in l. iij. §. duæ autẽ. ff. de carbo. edic. Sed ſi appareret de traditione facta dño, eſſet ſufficiens ꝓbatio de mãdato. & non tenereris de rato. etiã ſi eſſes extranea perſona etiã ſcd'm quod hic Bar. innuit. Tertium patrimonium eſt rerum quæ nõ fuerant datæ in dotem, nec in cuſtodiam marito. & de illis loquitur iſta lex: quia in illis nõ cenſetur habere maritus ab vxore tacitum vel expreſſum mandatũ. ideo nõ poteſt dici procurator eius, licet habeat facultatem agendi ex diſpoſitione legali. ideo nõ admittit ſine cautione rati. ſicut nec alia quælibet perſona: & iſte eſt tex. qui hoc declarat in. d. l. iij. §. ſed ſi fortè. in. d. gl. & ſnĩa lata cõtra ipſum nõ pręiudicaret vxori, vel alteri coniunctæ perſonę, niſi ratam haberet. Secus in caſu præcedẽti. qñ habet mandatũ tacitũ: vt in paraphernalibus: quia tũc eſt verus procurator, cũ habeat mandatũ ab homine. & ſnĩa lata cõtra procuratorem nocet dño. l. in cauſæ. ff. eo. Tene menti

3 prædicta: quia vtilia ſunt, & nõ bene declarata hic per Doc. † In gl. fi. ibi. [ad rem mobilem.] dic q qui habet mandatũ ad vnum, cenſetur habere ad aliud ſine quo illud explicare non poſſet: vel quod venit in conſequentiam illius. ita loquuntur illæ leges. & facit. l. ij. cũ ibi plenè no. ff. de iuriſdi. om. iudi. Sed ad aliud peni-

a ¶ Maritus põt agere. Adde l. fin. C. de pact. conuen. Doc. in c. cõſtitutus. de ꝓcu. Doc. in. c. j. q fil. ſint legit. Abb. i. c. ex parte. de cõfeſ. Et pro limitatione hu⁹ l. vide d. Mari. ſoz. in repe. c. veniens. col. lix. extrà de accu. Franc. Cur.

b ¶ In paraphernalib⁹. An propter adulterium vxor amittat bona paraphernalia. vide glo. ſing. in ver. dotalitium. in c. plerunq;. de dona. inter vi. & vxo.

a ¶Ego dicebã. Adde eũdem Pau. de caſt. ſ ſuo cõſi.cccxxxvij. inci.preſupponendũ. qđ dictũ ſtatutũ. & Ale.& Moder.l.gal lus.§ nũc de leg.ff.de de libe. & poſth. & hanc deciſionẽ Pau. de ca.refert & ſequitur Alex. de imol.in xliij.col.ij. verſi. ſed præmiſſis.in.ij.vol. Franc. Cur. Et tu ad prædicta, vide do. Iaſo.in l.ij.colũ.xcij. verſic. xxi.j. de iure emphy.

tus diuerſum non: vt hic in fi.ſ.eo.l.ſi ꝓcu. ad vnã.ſed Pe. hic habuit aliũ intellectum quàm glo. Dicit enim intentionẽ huius l.in fi.hanc eſſe.ꝙ ſi maritus habet mandatũ ad extraneã rem, virtute dicti mandati nõ po- 2 teſt agere ad aliam diuerſam. Sed virtute facultatis datæ à lege bene poterit agere pręſtita cautione de rato: quia non cenſeť prohibitus i aliis agere. quia inducta ad augmẽtum, nõ inducũt diminutionem. l.ſi mancipia.ff.de fun.inſtru. & iſtud mãdatum fuit inductum ad augmentũ facultatis agendi: ergo non debet importare diminutionem in aliis. Tum quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cõmunis.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau. & diſpoſitio iuris cõmunis eſt, quòd poſſit agere in omnibus cauſis: & in illa in qua habet mandatũ expreſſum, nõ tenetur cauere de rato: in aliis ſic. Docto. ſequuntur intellectum glo. quia diſpoſitio iuris cõmunis, quòd cõiuncta perſona poſſit agere pro coniuncta ſine mandato. habet limitationem. niſi de cõtraria voluntate ipſius coniunctæ appareat, verè vel præſumptiuè, vt in.d.l. Põpo.§.fi. Et hoc apparet pręſumptiuè. eo ipſo quòd dedit mandatum limitatum. Vltimò, quia maritus nec eſt perſona coniuncta ſanguine, nec eſt affinis: quia ſi eſſet affinis, non poſſet eſſe matrimonium inter ſe & vxorẽ: ſed eſt principium, & cauſa affinitatis. Et nihilominus videtur eſſe idem quod in affinibus, vt
4 admittať ad agendũ ſine mandato. † Colligũt Doc. duo not. primum. ꝙ idem iuris eſt in cauſa, quod in cauſato. imò potentius. quia maritus eſt cauſa affinitatis. & ſi eius conſanguinei tanquã affines poſſunt agere pro ſua vxore: fortius ipſe, qui eſt cauſa
5 affinitatis illorum. † Et ego inducebam ſemel ad deciſionẽ quęſtionis vtilis. in qua multi cæſpitabant: & inductio fuit eis valde pulchra & concludens. Nam quidã receperat emphyteuſim pro ſe & liberis ſuis per lineam maſculinã deſcedentibus, poſtea deceſſit relicta filia: & nullo maſculo. Quærebatur an filia admitteretur ad emphyteuſim. Et quidam dicebãt quòd ſic. quia licet ſit fœmina, non deſcendit tamen ex linea fœminina, quæ videť excluſa per illa verba per lineam maſculinam deſcendentibus: ſed deſcendit ex patre: qui eſt maſculus: & ſic per lineam maſculinam.
a linam. Ego dicebam * contrarium: nam linea nõ incipit à patre. ſed in filiis. Si enim pater qui recipit emphyteuſim haberet filios maſculos, & filiã fœminam, incipit in maſculo linea maſculina ipſius patris. Et in filia fœmina incipit fœmina linea. Sed certũ eſt quòd deſcendẽtes ex iſta filia, tanquam deſcendentes per lineam fœmininã non admittunť ad emphyteuſim. ſed ſolùm deſcendẽtes ex filio maſculo ſecundũ tenorem inueſtituræ. Quod ergo iuris eſſet de deſcẽdentibus ex iſta filia, debet eſſe etiam de ipſa, quæ eſt caput lineæ. arg. hoc quia intentio concedentis fuit quod res non tranſiret ad cognatos, licet ipſa ſit agnata: ergo debet excludi, ne per ipſam perueniatur ad cognatos: & ſic illa conceſſio ſibi & deſcendentibus per lineam maſculinam, debet ſic intelligi liberis.i. maſculis, & deſcendentibus ex maſculis. & hoc
6 videtur tenere Specu. in tit. de locato.§. nũc aliqua. ver. xvj. † Inducit etiam Cy. ꝙ idem eſt de principio numeri.i. de vno, quod eſt de ipſo numero. Ideo facit ad quæſtionem illam: an venditio quæ facta eſt de vno nummo, valeať & videbatur quòd non: quia ad ſubſtantiam venditionis requiritur pretium in pecunia nume. ſed vnus non eſt numerus, ſed principiũ numeri. De hoc etiam habetur. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi quis ante.

*2 ☞ Lite conteſtata per procuratorem, cum dominus non poſſit eum inuitum reuocare, quid poterit facere dominus.*
*3 Si procurator conteſtatus eſt litem, & aduerſarius cum producit teſtes, uel inſtrumẽta, non facit citari procuratorem, ſed dominum: non ualet receptio ſeu productio, tanquam facta non citata parte, & quid ſi dominus ſponte compareret?*
*4 In cauſis in quibus lis non conteſtatur, quòd per primum actum quem facit procurator contradictorium, efficitur dominus litis, ſicut per conteſtationem.*
*5 Si feratur ſententia cõtra procuratorem qui fuit litem conteſtatus, uel quaſi poſt mortem domini, qualiter condemnabitur?*

## LEX XXII.

1 PRocuratoribus. † Per litem conteſta à ſe factã ꝓcurator efficitur dñs lit. Ex quo ſequunť tres effectus: quia inuitus nõ poteſt reuocari ſine iuſta cauſa: nec eo inuito ſi ipſe vult proſequi, dñs admittetur ad proſequendũ. ſecũdus eſt. quia morte mandantis nõ expirat eius mandatũ, tanquã re non integra. Tertius effectus eſt. quia põt ſubſtituere ſuo noĩe. hoc dicit cum. l. ſeq. in iſta. l. ꝓcuratoribus. ibi. [facultatẽ negotia ꝓſequen
2 di.] † dic põt tñ dñs adeſſe ꝓcuratori, ſi ſuſpicať de eo: licet non poſſit reuocare: vt in l. Paulus. ff. eo. c. quãuis. eo. tit. lib. vj. & ꝓducere teſtes & inſtrã vt ibi no. & in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. teſta. Sed an poterit alios actus facere: vt opponere exceptionem, vel facere poſitiões & articulos? iſte tit. videť clarè dicere ꝙ non: ſed hoc puto verũ. ſi ꝓcurator eſt pñs, & per ſe velit dictos actus facere, & cõtradixit dño: tũc ſicut nõ põt inuitus à dño reuocari ita nec proſequi cauſam, ſi ꝓcurator eſt paratus proſequi. Sed ſi ꝓcurator nõ proſequereť, ſed eſſet negligẽs, dñs poſſet hoc facere ex ea parte qua põt aſſiſtere vel adeſſe: vt in iuribus. ſ. allegat. Sed ſi procurator eſſet abſens, bene poſſet dñs oẽs actus facere virtute vtilis iuris inſtantiæ, ſibi quæſiti per procuratorẽ: & hoc determinat Bar. in l. ante litẽ. & in l. poſt litẽ. ff. eo. ti. circa mediũ. nec propterea cẽſetur procura. reuocare: quia nec põt: ſed ſi ipſo ꝓcuratore præſente & etiã aduerſario, & non cõtradicente tales actus faceret dñs, cẽſeretur reuocatus ꝓcurator. niſi diceret ſe facere citra reuoca. procuratoris. Item per hanc legẽ determinat antiquus aduocatus Bonoñ. Vbertinus de Rampo. ſecundum
3 Bart. † ꝙ ſi procurator conteſtatus eſt litem, & aduerſarius cum producit teſtes vel inſtrumẽta nõ facit citari ꝓcuratorẽ: ſed dñm nõ valet receptio ſeu productio: tanquã facta nõ citata parte: qa nõ debuit citari dñs: qui nõ habet facultatẽ proſequẽdi litem: vt in hoc tex. ſed ipſe procurator: & quia dñs cõſtituẽdo procuratorem cẽſetur declaraſſe, & proteſtatus fuiſſe, ꝙ nõ vult ꝓſequi litem hanc per ſe: ſed per procuratorẽ. Et hęc facultas datur ſibi à iure. l. j. §. vlus. ff. e. quæ ſibi nõ debet auferri: vt in c. indultum. de reg. iur. lib. vj. & j. eo. l. fi. Et per cõſequens citatio ipſum non artauit: quia ſi artaret, auferret ſibi facultatẽ datã à iure. ſi tñ dñs ſpõte cõpareret, valeret receptio: ꝓpter id quod ſ. dixi. quia hoc vtile ius inſtãtiæ: & poteſt actum facere nõ cõtradicente ꝓcuratore. Ex quibus etiã patet ꝙ ſi nõ cõpareret, nõ poſſet dici verus cõtumax: etiã ſi citatio ipſum perſonaliter apprehẽdat: poſtquã nõ tenebatur cõparere: vt in l. vir bonus. iud. ſol. & ſi nõ compellitur ab appellãdo, ſi lata eſſet ſentẽtia cõtra ipſum ipſo nõ citato: & hoc no. Bal. in authen. hodie. de appella. j. & facit quod no.
4 in l. j. ff. quãdo appel. ſit. §. fi. † Vltimò dicit Bar. in l. ſeq. duo verba. primò ꝙ in cauſis in quibus lis nõ cõteſtatur ꝙ per primum actum quẽ facit procurator contradictoriũ, efficitur dñs lit. ſicut ☞ per cõteſtationẽ: & hoc dicit colligi ex iſta lege ibi: [poſt cauſam in iudicio agitatã.] non cõteſtatam: & ſic erit idem effectus qui reſultat ex cõteſtatione. de hoc vide per glo. in c. j. de electi.
5 lib. vj. ſuper ver. aſſentiat. † Quærit etiam ſi feratur ſentẽtia cõtra procuratorem qui fuit litem conteſta. vel quaſi poſt mortem dñi, qualiter cõdẽnabiť? Nam ſi cõdẽnabitur vt procurator talis defuncti: nõ valebit ſnĩa: quia videť cõdemnatus ipſe dñs defunctus in effectu: ergo &c. vt l. fin. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. & l. de qua re. §. j. ff. de iud. & quia nõ poteſt dici procuratorem illius nunc eſſe. ſed fuiſſe: vt in fi. habetur in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obli. & non ſoluit: ſed dicit cogita. Bal. dicit ꝙ cõdemnabitur tanquã procurator hęredis: ſed hoc nõ videť bene dictũ quia hæreditas iacens nõ habet ꝓcuratorẽ: ſed datur ei curator: vnde ipſe Bal. in l. j. j. de ſentẽ. dicit ꝙ debet vti iſtis verbis, ſ. condemno talem procuratorẽ olim talis defuncti: quia debet loqui aptè & nõ ineptè, etiam ſi hæreditas eſſet adita: quia non põt dici procurator hæredis qui non fuit cõſtitutus ab eo, & ad ipſum non tranſit conſtitutio.

*1 ☞ Ille ad quem pertinet commodum litis, dicitur dominus, licet ipſe non fuerit adhuc litem conteſtatus, non tamen dicitur dominus inſtantiæ, ſed ille qui conteſtatus eſt, dicitur dominus litis uel inſtantiæ. & quando ei qui dicit aliũ nullum habere mandatum uel reuocatum, incumbat onus probandi? & nu. 4.*
*3 Iudicium tres perſonas de ſubſtantia requirit.*
*4 Exceptio procuratoria, ut tu non potes eſſe procurator: quia miles, uel mulier. an poſſit opponi poſt litem conteſtatam, & quid ſi quis fuit litem conteſtatus ſalua ſua exceptione, uel cum proteſtatione, cui non renuntiabat?*
*5 Quid ſi dicatur tu non es procurator?*
*6 Iudex an poſſit ex officio ſuo compellere procuratorem ad oſtendendum mandatum?*
*7 Procuratoris perſona, an legitimetur per pronuntiationem iudicis, etiam ſi uere eſſet falſus procurator?*
*8 Indebitum ſolutum per ſententiam non reperitur. & quid ſi non per ſententiam?*

1 *Quatuor modi per quos legitimatur perſona procuratoris:ut ſic poſtea non poßit repelli a proſecutione iudicij, quouſque ſit finitum, niſi opponens aſſumat in ſe onus probandi.*

2 *Lata eſt ſententia pro falſo procuratore, an dominus poßit eam habere ratam ad ſui utilitatem?*

LEX XXIIII.

Licet. † Exceptio falſi ꝑcuratoris pōt q̃cunq; opponi:quia ſi hoc reperiatur:redditur iudicium retro nullum. & eſt lex ſolennis. & ſemper allegatur. In text.ibi.[in princip.]q.d.i.ante lit.cōte.vt in l.qui ꝓcuratorem dat.ff.e. In text.ibi.[procuratoris.]ſubaudi.ſ. actoris: vt ſtatim ſequitur.[ad agendum &c.]Sed etiã poteſt intelligi in procuratore rei:quia intereſt actoris ſcire an defendat cũ mãdato, vel ſine.licet vtroq; modo admittatur ad defendẽdum: vt s.eo.l. exigendi.quia primo caſu ſnĩa contra eum lata præiudicat dño, & contra eum mittetur executioni.ſecundũ not.in l.Plautius.ff. eo.& prius perſonæ ratio quęrenda eſt.l.quidam referunt.de iure codicil.& ita ſeruatur in practica:quia vterq; ꝑcurator producit mandatum ſuum ante oĩa, & legitimat perſonam ſuã:faciendo pronuntiari mandatum eſſe legitimum. In text.ibi.[à domi-
2 nolitis habeat.]† Not.ꝙ ille ad quẽ pertinet cõmodum lit. dicĩt dominus, poſito ꝙ ipſe nõ fuerit adhuc lit. conteſt.nõ tñ dicitur dñs inſtantiæ:ſed poſt cõteſtationem ille qui cõteſtatus eſt dicĩt dñs litis,vel inſtantiæ:vt s.l.præce. In tex.ibi.[ſi tñ falſus procurator inuenitur.]Dic,vt quia nullum habebat mandatum , vel habuerat,ſed fuerat reuocatũ:& ex hoc verbo colligitur ꝙ ille q hoc dicit,& opponit poſt litẽ conteſtatã,debet hoc probare:quia ſi opponeretur ante litẽ cõteſtatã,nõ haberet hoc probare neceſſe:ſed ipſe procurator, vel haberet probare plenè,vel caueret de rato.& hæc procedũt lite adhuc nõ finita. Sed ſi eſſet terminata per ſniam latam cõtra reum,& ipſe reus opp.ꝙ procurator actoris nõ habuit mandatum:& ſic ſententia non debet mitti executioni contra eum:quia ex ea nõ eſt quæſitum ius actori, tunc nõ haberet neceſſe aliter probare,ſed ipſe procurator haberet neceſſe probare mandatum,vel ratihabitionem ſecutam. lite enim pẽdente poſtquam legitimata eſt ꝑſona,nõ admittitur reus ad hãc exceptionem proponendam.& ad impediendũ proceſſum , niſi aſſumat in ſe onus probandi.Sed ea finita,quia non impedit proceſſum,non habet neceſſe probare, ſi procu.nulla fidem facit de
3 mandato,ſed ſimpliciter fuit admiſſus.† In text.ibi.[nec dici conſtituiſſe ſolent,nec poteſt eſſe iudicium.]Dic ꝙ dẽfecit vna ex perſonis ſubſtantialibus in iudicio.ſ.actoris, cum trẽs ſint neceſſariæ.ſ.actoris,iudicis,& rei.vt in c.forus.de ver.ſig.& idem dicit gloſſa in ſ. iudicis incompetentis:quia facit deficere in perſonam iudicis,quod intellige,niſi per exceptionem omiſsionis incompetentiæ fuiſſet prorogata iuriſditio.l.ſed & ſi ſuſceperit. de
4 iudi.ff.† Pro declaratione gloſſ.mag.op.primò de l.qui ꝑcuratorem dat.ff.eo.tit.§.fi.vbi dicitur ꝙ poſt litem conteſtatam nõ pōt opponi exceptio procuratoris gloſſ.ibi dicit verum.quando opponeretur tu non potes eſſe procurator : quia miles:ſed ſi opponeretur tu nõ es ꝑcurator. Tunc ſi opponẽs vult ꝓbare,admitti debet,ſed in caſu pręcedenti etiam ſi vellet probare,nõ admittetur.Secundo op.ꝙ iſta exceptio eſt dilatoria : vt l.iij.ff.de excep.& natura dilatoriarũ eſt,quod debeãt opponi ante litem conteſtatam:vt in l.exceptione.j.de prob.Solu.verum eſt,niſi ſint tales quæ reddãt iudicium retro nullum:vt eſt iſta per rationem quam dixi ſ.&c.quia tunc ſemper videtur opponi in initio,cum conteſtatio non valeat.& hoc in gl.vſq; ibi.[Alij dicũt.] & dum dicit gl.[vel melius.]nõ vult ponere ſol.nouam,ſed declarare ꝑ eam,quare poſsit talis exceptio q̃cũq; proponi: quia ſemper dicitur opponi in initio.Tertiò op.in alio ver.de l.ita demum. ſ.eod.Sol.ibi.quando proponitur in hunc modum:tu non potes eſſe procurator:quia miles,vel mulier. Nam iſta eſt dilatoria ſecundũ quoſdam:ſed iſta tu non es procurator : eſt peremptoria: ſed hoc eſt falſum ꝑ hũc tex.dũ dicit ꝙ eſt ꝓponenda in initio:qa ſi eſſet peremptoria,eſſet falſum:quia imò nõ niſi poſt litem cõteſtatam vſq; ad ſententiam:vt l.peremptorias.j. ſentẽ. reſcin. nõ pl.Alij dicunt quòd eſt fienda differentia per quem modum proponatur,& an proponens ſciuerit eum non eſſe procuratorem. Aut credebat , eum eſſe procuratorem , aut ambigebat. Primo caſu , aut ſciebat illum non eſſe procuratorem,& non habere mandatum : & non oppoſuit.tunc videtur illi exceptioni renuntiaſſe:& nõ poteſt opponere ante litẽ cõteſtatam.ſubaudi etiam ſi velit hoc probare. Si verò crediderit iuſta cã motus,quod haberet mandatum : quia fuit productum inſtrumentũ procuratiõis: ſed erat falſum,vel fuit poſtea reuocatũ: & tũc quandocunq; perueniat ad eius notitiã,poteſt opponere:etiã ſi non ſumat in ſe onus probandi.iſtam gl.ita intelligũt Doc. licet glo.videatur aliter dicere,& hoc per c. paſtoralis.de exce.vbi poſt terminum datum
a ad proponandas dilatorias pōt proponi dilatoria,quæ de nouo peruenit ad notitiam:de hoc ſtabitur eius iuramento : vt ibi not. in tertio caſu qñ dubitabat debuit hoc dicere ab initio, & petere mandatum probari,vel de rato cauere:& ſi hoc nõ facit, nõ poteſt obijci poſt,niſi velit aſſumere in ſe onus probãdi. In primo ergo caſu nõ prodeſt aſſumere in ſe onus probãdi:cum videatur renũtiaſſe. In ſecũdo nõ requiritur. In tertio requiritur, & prodeſt:ita intellige in effectu gl.in ſecũdo ver. [aut ſcio.]ſed primum dictũ non eſt verum:quia licet ſciat illum non eſſe procuratorem,attamen eius ſcientia nõ facit illum procurat. cùm hoc non dependeat ab ipſo reo:ſed ab illo cuius dicit ſe procur. eſſe. bene tamen præiudicat reo dicta ſcientia,vt non poſsit agere cõtra falſum procuratorem ad intereſſe, dicendo quòd debeat reſpondere ſe talem qualem ſe aſſerebat ſecundũ Barto. & ſecundùm dictum ſimiliter non eſt verũ:quia c.paſtoralis. non loquitur in termino dato à iudice:ſed in præfixo à iure: vt litis cõteſt. dic quòd præiudicat etiam ignoranti,vt non poſsit obijcere.etiã ſi de nouo ad eius notitiam perueniat.gloſ. eſt parua quæ reputatur no.in d.l.qui procuratorem dat.§.fina.dum dicit ſciens vel ignorans,non curo.Tertium verò membrum gloſſ.bene eſt verum.Alij ſoluũt aliter,quod ſi nullo modo fuiſſet exceptio propoſita ante lit.conteſtat.poſſet opponi poſt. & ita loquitur. l. ita demum.& aliæ & concordantes , ſed hoc debet intelligi quòd fuit propoſita:ſed non diſcuſſa:quia ea non obſtante reus admiſit procuratorem ad conteſtandum litem. per quòd videbatur ſibi præiudicaſſe,& renuntiaſſe exceptioni propoſitæ : quia faciebat actum contrarium,vt in l.cum in plures. §. locator. ff. loca. tamen intelligendum eſt quòd admiſit cũ proteſtatione, vel ſalua ſua excep.cui non renuntiabat:tunc poſt litem conteſtatã poteſt petere ꝙ oſtendat mandatum.aliàs repelletur,& hoc vult glo.in fi.dum dicit. [alij dicunt.] licet multum breuiter loquat. & Bar.eam reprehendit,dicens quòd iſta proteſtatio ei non prodeſſet,poſtquam fecit actum contrarium. Sed tu dic quòd poteſt ſuſtineri , ſi iudex non obſtante exceptio.oppoſitione compellit ipſum ad litem conteſtandã:nam tunc ſi conteſta. eſt præmiſſa proteſtatione,quod ſit ſibi ſalua,non videtur renuntiaſſe: & poteſt poſtea eam proſequi.per id quod habetur in l. nam & poſtea.circa princ.ff.de iureiuran.& in l.prætor.in princip. ff. de dam.infec.& in l.exceptionem.j.de proba.Quantum autem ad ſolutionem contrarij de l. ita demũ.vera ſolutio eſt iſta. omiſsis alijs,ꝙ ibi loquitur qñ opponitur. tu nõ potes eſſe procur. quo caſu diſtinguit.an ex cauſa quæ prohibet ipſum agere pro alio, non pro ſe,& tunc poſt lit.conteſt. non admittitur iſta exceptio: etiam ſi eam ignorauit ſibi competere:& etiam ſi velit in ſe aſſumere onus probandi:quia non reddit iudicium retro nullũ. Sed ſi erat talis quæ prohibet ipſum agere etiam pro ſe,poteſt admitti:ſi ſuſcipiat in ſe onus probandi:quia reddit iudicium retro nullum.vt in l.non idcirco.ff.de iudi.& in l.ij.cum ibi no.in gloſſ.in
5 §.j.ff.qui ſatiſda.cog.† Si verò dicatur tu non es procurator : iſta poteſt opponi.etiã poſt lit.conte.dũmodo opponens aſſumat in ſe onus probandi:licet ante lit.conteſt.non haberet neceſſe hoc facere,niſi procu.fundaſſet intentionẽ ſuã producendo inſtrumentũ mandati.& reus obijceret ꝙ erat reuocatũ:quia teneretur
6 probare reuocationẽ.l.in exceptionibus ff.de proba.† Sed contra prædicta oppo.de no.per gl.in c.j.de elec.lib.vj. ſuper verbo abſentiæ. Sol.licet pars aduerſa non admittatur niſi aſſumat in ſe onus probandi.iudex tñ ex officio ſuo poteſt cõpellere procu. ad oſtendendũ mandatũ,ne iudiciũ ſit illuſoriũ : aliàs repelleret eum:ſi dominus non erat multum à longe:aliàs ſecus.ne iudiciũ impediatur. Et imputet ſibi reus qui non oppoſuit.hoc vult iſta glo.ſignanter,non ergo iudex ad inſtantiam partis quæ non op-

a ¶ Quæ de nouo. Ad de Bar.& doc. in l.ij. C.de cõſor. eiuſdem litis.& in c.inſinuante.de offi.dele.maximè per Fel.in ij.colũ. & vide Alexand. de Imo.in conſ.lxxij.in iiij. volu. & ibi quõ iſta exceptio tu nõ es procurator.poſsit opponi poſt concluſum in cauſa.Fran.Cur.

Not. cautela.
a ¶ Ita voluit. Adde Pet. de Anc. in conſil. xl. & an ſufficiat producere mandatum, abſque alio ꝙ aliter conſtet iudici. Vide Fran. Are. in ſuo cõſ. lxviij. & vide ad materiam Ale. de Imol. in conſi. vj. in iiij. vo. & ibi an præſumatur de mandato procuratoris, ſi notarius aſſerat illud in actis productum. Fran. Curt.
b ¶ Si vnus Epiſcop⁹. Adde c. fina. v. q. iij. Doc. in c. j. de procu. Doct. in c. j. de ſyndi.

poſuit ante litem cõteſtatam, tenetur hoc facere: ſed bene põt, ſi vult ex officio ſuo: in caſu prædicto. Et quod dixi poſt litem cõteſt. ideo eſt: quia per eam legitimaẽ perſona procuratoris, ſicut ꝑ cautionem rati: vt ſentit gl. in l. Pomponius. ff. eod. Nam poſt eam nõ poteſt aduerſarius petere cautionẽ rati: vt in tex. ergo nec ꝙ oſtẽdat mandatũ: quoniam hoc nõ tenebaẽ facere ante lit. cõteſt. ſi noluiſſet cauere de rato. vt no. in l. nõ ſolũ. §. qui alienaſſe. c. ti. ergo multò minus poſt. licet Bart. ſentiat cõtra. ꝙ lis cõteſt. nõ præcludat viam exceptioni. ſed fateor. dũmodo opponens aſſumat in ſe onus probãdi. Et hoc ſentit Ioan. And. in c. qm̃ contra falſam. de proba. poſt Inn. vbi multa bona dicit circa iſtã materiam. & ibi omnino vi-
7 de in gloſ. ſeq. †Pro eius declaratione oppo. cõtra text. dum dixit ꝙ nõ poteſt eſſe iudicium, ſi procurator eſt falſus. Nam ſecũdũ hoc nõ poterit legitimari perſona procur. per pronuntiationem iudicis, cuius contrarium quotidie fieri videmus. & poſtquam pronuntiatum eſt hanc legitimam perſonã, etiã ſi verè eſſet falſus procurator, ſi tranſiuit in rem iudicatam, nõ poterit amplius opponi, quouſq; lis ſit finita ꝙ non ſit ꝓcura. niſi opponens aſſumat in ſe onus ꝓbandi: ſed ſi verum eſſet quod dicitur in tex. pronuntiatio eſſet nulla. timore huius dicit gloſſ. ꝙ debet intelligi de iudicio cauſæ principalis. Sed ſuper legitimatione perſonę bene eſt iudicium: quia illud tangit perſonam procu. non domini. Not. iſtam glo. ꝙ ſecundũ Doct. ſequitur quòd talis procu. poterit cõſtituere alium ꝓcura. ad hunc articulum, etiã añ lit. cõteſt. quia eſt cauſa ꝓpria. non ſic in cã dñi. vt s. eo. l. quod quis. Itẽ ſequitur ſecundũ Bart. ꝙ ſi eſt ꝓcu. minoris vel tutor, aut curator, aut ſyndicus eccleſiæ: de quorum mandato dubitatur. & ſic an ſint legitimè conſtituti: ſi ſup hoc diſceptatur, & ꝓnuntiatur contra eos, nõ competit reſtitutio minori, vel eccleſiæ. quia iſta cã nõ ꝑtinet ad eos ſed ad tuto. vel cura. vel ſyndicum, quibus non com-
8 petit reſtitutio. †Item not. in iſta gloſſ. in eo quòd ſequitur ꝙ iſta diſtinctio quæ fit in l. ſi ſine. ff. rem ra. habe. qñ ſoluiẽ indebitum ꝙ diſtinguitur an ſoluatur per ſniam, & non repetitur: quia ſnia de indebito facit debitum. l. j. j. de cõd. inde. aut non per ſniam: & tunc repetitur: qa iſta diſtinctio habet locum, qñ ſoluiẽ putatiuo creditori: ſed ſi putatiuo procu. putatiui creditoris, indiſtinctè repetitur ab ipſo procura. falſo. ſiue ſit ſolutum ꝑ ſentẽtiã, ſiue nõ.
9 †Vltimò circa iſtam materiam recolligitur ꝙ quatuor modis legitimaẽ perſona ꝓcu. vt ſic poſtea nõ poſſit opponi, nec repelli à proſecutione iudicij, quouſq; ſit finitũ: niſi opponens aſſumat in ſe onus probandi ꝙ nõ ſit procurator. Primò qñ de mãdato fuit diſceptatum. & non fuit ꝓnuntiatũ; ſed fuit admiſſus cũ cautiõe rati: vt in l. inter quos. §. alieno. ff. de dã. infect. Secũdò qñ fuit ꝓnuntiatũ ꝙ habebat legitimũ mãdatũ, & ſnia trãſiuit in rem iu. vt l. ij. j. ſi ex falſis inſtr. & de fi. inſtru. l. fi. vñ Spe. in ti. de exce. §. nũc videndum reſtat. circa fi. dat cõſiliũ ꝙ fiat talis ꝓnũtiatio. de qua tangit Bal. in l. falſus. in pe. col. j. de fur. Aduerte tñ: quia Spe. videẽ ſentire quod talis ꝓnuntiatio facit ius, non ſolũ inter ꝓcu. & aduerſarium, inter quos facta eſt: ſed etiam cõtra dñm, cuius nomine in iudicio eſt: ſed Bar. & Cyn. tenuerunt cõtrarium hic, & etiam in loco præalleg. niſi ipſe dominus ſciuerit diſputari: & de hoc diſſimulauit, & non contradixit. & hoc verius: quia ſi dominus ignorauit: & fuit citatus, res inter alios acta ſibi nõ præiudicare poteſt. Si autem ſciuit, & nõ cõparuit, tũc ſibi præiudicat iudicium agitatum per falſum procuratorem: etiam ſi nõ fuiſſet pronuntiatum ſuper legitimatione perſonæ: quia ſciendo ipſum agitare cãm ſuam, & nõ contradicendo, videẽ habere ratũ. facit, quod no. Inno. in c. ex parte decani. de reſcr. quod etiam tenet hic Bal. in fi. niſi eſſet procu. rei qui poteſt etiam eum inuitum defendere. vnde patiendo non videtur propterea conſentire: quia nec poteſt prohibere: ſecus quando poteſt, iuxta no. in l. Caius. ff. de pign. act. Tertio modo, legitimatur perſona: quando fuiſſet ꝓductum inſtrumentũ mãdati. & notarius in actis de hoc facit mentionem: ponendo principium inſtrumenti, & finẽ: ſed nõ totum tenorem. & altera pars nihil oppoſuit. Nam licet poſtea nõ fuerit præſtita cautio rati, non pronuntiatur ſuper mandato: nec lis conteſt. nec amplius producetur originale, non poteſt opponi ꝑ alteram partem ꝙ nõ habebat mandatum. niſi hoc probet. ita vo-
a luit [a] Inno. in c. qm̃ contra falſam. in ver. inſtrumentorum. de proba. ſit ergo cautus procu. alterius partis, quando ſic producitur mandatum: & ſic exprimitur in actis ꝙ nõ conſentiat niſi prout de iure &c. ſed dicit inſtrumentum eſſe falſum, vel mandatũ nõ eſſe legitimum. & tunc poſtea poterit opponere: & niſi appareat de originali, & ipſum producat, repelletur à iudicio: & ita faciũt aduocati. Quarto modo legitimatur. poſito ꝙ nullum iſtorum trium interueniat, ſi fuit admiſſus non facta oppoſitione nec ꝓteſtatione, & lis fuit conteſt. quia poſtea nõ poteſt peti cautio rati: vt in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. eo. nec compelli ad oſtẽdendum mandatum, cum etiam ante conteſtationem nõ poſſet compelli: ergo neceſſariò ſequiẽ ꝙ ſit admittendus tanquã legitimus ꝓcura. niſi probetur contrarium. & hoc innuit Ioan. Andr. in d. c. quoniam cõtra. licet Bart. videatur ſentire contrarium. ꝙ litis conteſt. ſola non præcludat viam opponendi. & ſic innuit ꝙ non incumbat onus probandi ipſi opponenti. mihi tamen ſemꝑ viſum eſt contrarium: & nunc reperio domi. Raph. idem tenere per dictas rationes. & prædicta omnia locum habent ſi non eſt ſecuta ratihabitio domini: ſed ſi ſecuta eſt, ſiquidem adhuc lite pendente, retrotrahitur. & mandato comparatur, idem ſi cã finita, & lata ſit ſententia contra procurato. falſum: quia dominus poteſt eam ratam habere: etiam in ſui præiudicium: & his
10 duobus modis intelligitur. l. licet. ff. de iudi. †Sed ſi eſſet lata ꝑ falſo procuratore, Petr. tenuit quòd dominus non poſſit eam habere ratam ad ſui vtilitatem: quia malitioſè videtur tacuiſſe, expectando quòd pro eo feratur ſententia: vt not. Cy. in l. tutor. j. qui. ex cau. in integ. reſti. non eſt neceſſaria. ſed gloſſ. ordi. quam ſequitur Barto. in l. ſi mater. §. hoc iure. ff. de exce. rei iudic. tenet contrarium. de hoc dixi in dicta lege, licet. quia Bald. & Angel. diſtinguunt. dic vt ibi.

## LEX XXV.

1 QVicunque. †Conſtituti in dignitatibus non debent litigare per ſe: ſed per procura. aliàs puniuntur, tam ipſi quàm iudex qui hoc patitur. hoc dicit cum authen. quæ hic ponitur. & ratio eſt: quia faciunt verecundiam dignitati, vnde ſi vnus Epiſco-
b pus [b] vellet agere coram vno iudice ſeculari contra debitorem Epãtus, vel eccleſiæ nõ debet ꝑ ſeipſum litigare: quia magna reſultaret verecundia dignitati ſe conſtituere procuratorẽ. Et iſte eſt caſus in quo cogitur quis conſti. procuratorem. econtrà in l. ſeq. eſt caſus in quo non cogitur perſonaliter, ſed poteſt ſi vult: ſi non vult, poteſt mittere procura.

2 *In cauſis criminalibus etiam in quibus admittitur procurator, ſi iudex non uult procuratorem admittere, poteſt citare principalem: tanquam melius informatum de ueritate, & quæ ſit practica ſi compareat, uel non?*
3 *Statutum quòd debeat quis citari ut compareat per ſe, uel per procuratorem: & iudex citauit aliquem ut compareat ſimpliciter, & nõ dixit per ſe, uel per procuratorem, an citatio ualeat?*
4 *Si habeo contra te iura ceſſa à Titio, & ago ex illis iuribus, tu uis q. citetur Titius, tanquàm melius informatus de ueritate, ut ueniat ad reſpondendum poſitionibus tuis, an ille ſit citandus?*

## LEX XXVI.

1 IN pecuniariis. † Quilibet citatus in cauſis pecuniarijs poteſt comparere per procuratorem: licet hoc non contineatur in citatorio, niſi fuerit citatus vt perſonaliter compareat, quod facere poteſt iudex ordinarius ex iuſta cauſa, non aliter. h. dicit. Et cauſa eſt iuſta: quando eſt informatus melius de veri-
2 tate quàm procurator. Et †ideo in cauſis criminalibus etiam in quibus admittitur ꝓcurator; quia imponitur pœna à relegatione infrà, ſi iudex non vult procura. admittere, poteſt citare principalem, tanquàm melius informatum de veritate: quia agitur de facto ſuo, Et practica eſt: quia citaẽ vt veniat ꝑſonaliter ad informandũ curiam de quibuſdam, & ſi cõparet, detinetur ꝑſonaliter: & ponitur ad torturam: ſi non cõparet, procedit contra eũ tanquàm contra contumacem: & ponitur in banno ſecundũ formam ſtatutorum & habetur pro confeſſo: & huic cautelæ non poſſunt citati obuiare. vt not. Cy. in l. eos. j. de accuſ. Sed Iacob. But. dixit cõtrarium. vt poſſit procu. conſtitui. ad ſic reſpondendum

um determinatè. Bar. dicit ꝙ hoc nõ ꝓdeſt: quia veritas magis
diſcernit ex præſentia ꝑſonæ: vt iudex videat qua fronte, & qua
trepidatione loquať. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. † Quæ
rit hîc Iacob. Butr. quid ſi ſtatutum dicat ꝙ debeat quis citari vt
comparcat per ſe, vel ꝑ procu. iudex citauit aliquem vt cõpareat
ſimpliciter, & nõ dixit per ſe, vel ꝑ procu. An citatio valeat? Et
videtur quòd nõ: quia nõ eſt ſeruata forma ſtatuti. Cõtrariũ ipſe
determinat: quia ſemper ſubintelligiť: vt in hac l. & expreſsio eo-
rum quæ tacitè inſunt non eſt neceſſaria: vt l. iij. ff. de leg. j. † Item
quærit Cy. ſi habeo contra te iura ceſſa à Titio: & ago ex illis iu-
dicantu vis ꝙ citetur Titius, tanquàm melius informatus de ve-
ritate, vt veniat ad rñdendum poſitionibus tuis. An ille ſit citan
dus? Videtur ꝙ ſic: vt in hac l. contrarium eſt verũ: quia ſua rñſio
nõ eſt attendenda, vt poſsit mihi ꝑiudicare poſt ceſsionem factã
& ius mihi acquiſitum. ar. l. ſi partem. §. fi. ff. quemad. ſer. amit.
Breuiter ipſe diſtinguit. aut periculum ceſsionis, & ſic commo-
dum vel incommodum, competit ad ipſum cedentem: & tũc ſta
bitur ſuæ cõfeſsioni: quia præiudicat ſibi, & nõ mihi. Aut nõ per-
tinet ad ipſum: ſed ad ceſsionarium. & tũc nõ ꝑiudicat, ꝑ rationes
ſupradictas. De hoc vide ꝑ Bar. in l. facta. §. ſi haberes. ff. ad treb.
& de materia huius l. vide in c. j. de iud. lib. vj.

## *Ne liceat potentioribus patrocinium litiganti præſtare.* Rubrica.

1 *[illegible] litem cum potentiori, quòd poſsit aduocare patrocinium æquè potentioris.*
1 *[illegible] appellatione, an contineantur domini priores, etiam ſi ſcribant literas in-
ferioribus iudicibus?*
4 *[illegible] materia, tranſitiuè.*

### LEX I.

1 DIuinè. † Aduocans patrocinium potẽtiorum, ratione officij punitur in hoc: quia cau-
ſam perdit. & ipſe potentior auxilium præſtans pu
nitur arbitrio iudicis ordinarij illius loci: licet aliàs
regulr illius iuriſditioni nõ ſubſit. hoc dicit. Et põt
intelligi tam per viã ꝓcurationis, ſiue aduocationis, ſiue ceſsiõis
aduocauerit: vt in hac l. cum ſeq. & ſic poſt licita patrocinia pro-
cura. & aduo. de quibus s. tractauit: nunc tractat de illicitis. quo-
niam [illegible] mala ex bonis principijs orta ſunt: vt in gl. rubri. Et
primò [illegible] cõſti. diui Claudij. vſq; ibi. [quare.] ſecũdò infert
ad caſum ſibi ꝓpoſitum. rñdendo cuidã præſidi, quærenti fortè,
quia dictam cõſtitutionem ignorabat: & ibi debet incipi caſus in
[illegible]. Et ꝓmitte ꝙ ſenatores & clariſsimi viri nõ ſuberant præ
ſidibus prouinciarum. ſed habebãt alios iudices maiores, vt j. vbi
ſena. vel cla. per totum. Quidam ergo ꝑſes requiſitus vt ꝓcederet
cõtra aliquẽ de prędictis potẽtioribus: quia ꝑſtiterãt patrociniũ
in quadã cãuſa cõtra priuatũ, dubitabat procedere cõtra illũ rõne ꝑ
dicta: ideo cõſuluit imperatorem. qui rñdet ꝙ in hoc nõ habet ti-
mere: quia erat iudex cõpetens virtute dictæ cõſtitu. diui Clau-
2 dij. cuius tenorem hîc infert: & hoc vult iſta lex in effectu. † & in
[illegible] iſtam legẽ qñ ille qui aduocauit patrocinium potẽtioris,
nõ habebat litẽ cũ potentiori. ſi autem habebat, tunc videtur to-
lerandus & excuſandus, ſi aduocauit patrocinium æquè potẽtio
ris: quia hic non videtur feciſſe vt metum inferret: ſed potius vt
ipſum excluderet. ar. in l. cum pater. §. Titio in fi. ff. de leg. ij. Et hoc
[illegible] quadam muliere vidua, quę habebat litem cũ vno
magno doctore, q poterat videri potẽtior reſpectu eius, cũ ipſa
eſſet deſtituta auxilio cuiuſcunq;. Ideo aduocauit patrocinium
cuiuſdam magni doctoris, qui erat magnus in ſtatu: & nõ cõſueue
rat patrocinari. Sed illud patrociniũ libenter aſſumpſit, vt illam
mulierculã defenderet: vñ nõ videť feciſſe cõtra hãc cõſtitutio-
3 nẽ. † Sic intelligit Bart. iſtã legẽ. ſiue talis potẽtior palã patrocine
tur, ſiue occultè ꝑ interpoſitas perſonas, vel literas. Et inducit cõ
tra illos, qui in cauſis quas habẽt aſſumunt patrociniũ dñorum
priorum, vel alterius eorũ, & faciũt ſcribi literas iudicibus infe-
rioribus, vt incidant in hanc cõſtitutionem: & non ſolũ ipſorum
priorum: imò etiam ſi notarij, ipſorum per hoc quod hîc dicitur.
[potẽtiorum domorũ opibus & c.] quia notarius priorum diciť
de domo priorũ. Sed do. Raph. hoc nõ tenet: quia iſta cõſtitutio
eſt pœnalis, & reſtringenda. Gl. etiam cum tex. in fi. videť eſſe ꝙ
ſi per l. ſpecialiter cõmittitur alicui iudici ordinario aliqua cau
ſa quæ non ſit naturaliter de ſua ordinaria iuriſditione, non po-
teſt illa cauſa delegari: & ſic nõ videť eſſe iuriſdictio ordinaria.

ſed delegata. licet per l. ſit collata. Regula-
riter aũt iuriſdictio quæ datur à l. eſt ordi-
naria: vt no. in l. & quia. ff. de iuriſ. om. iu. &
ſi dicatur poſito ꝙ ſit delegata debet poſſe
ſubdelegari: quia delegata eſt à principe:
vt in l. à iudice. j. de iud. gl. reſpondet no. ꝙ
illud eſt verũ qñ delegatur à principe viuente per ſpeciale reſcri
ptum. nõ aũt qñ per generalẽ conſtitutionẽ: vt hîc. & in l. j. circa
prin. de off. eius cui man. eſt iur. adde l. j. ff. de dam. infec. vbi per
4 legẽ ſit delegatio, ſicut per ſpeciale reſcriptum. † Vltimò glo. hîc
intrat materiã ceſsionis. quæ potius concernit l. ſequentẽ. quę lo
quitur de ceſsione: & ponit vnam diſtinctionẽ. Sed circa iſtã ma
teriam multæ occurrunt rationes. de quibus in Specu. de ceſsio.
actio. & j. man. l. per diuerſas. & in l. ab anaſtaſio. & ibi vide per
Bald.

a ¶ Depingi arma. Ad-
de quid de pingenti-
bus arma in capellis.
an tales habent meri
tum eccleſię vide per
Doct. in c. duæ ſunt.
xlv. diſt.

1 *☞ Conſtituens potentiorem procuratorem in rem ſuam, quòd etiam perdat ius crediti ſui.*
3 *Primò debet poni & aſsignari titulus propter quem fit ceſsio, ut donatio, uel uenditio, & deinde ſequi ceſsio quæ fit.*

### LEX II.

1 SI cuiuſcunque. † Cedens actionem ſuã po-
tentiori ratione officij per-
dit actionem illã. & ſic ceſsio eſt inualida. h. d. & dic ꝙ
applicatur alteri parti: vt no. j. tit. proxi. l. j. in gloſſ. pen.
2 Sed † quid ſi non ceſsit, ſed procuratorẽ in rem ſuã illũ dominus
conſtituit. dic idẽ: quia videtur in fraudẽ hoc feciſſe: vt not. gl. ff.
3 de pac. l. Iuriſgentiũ. §. ait prætor. in vlti. gl. † No. in gl. fi. ꝙ primò
debet poni & aſsignari titulus propter quẽ fit ceſsio: vt donatio,
vel venditio, & deinde ſequi ceſsio, quæ fit &c. & tene mẽti gl.
perpetuò. ad hoc qñ dicatur ſimulata ceſsio: quia ex tribus in ea
numeratis præſumitur ſimulata.

## *De his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigũt, uel eorum nomina in lite prætendunt.* Rubrica.

Super gl. rub. ibi. [prohibuit actores.] Idem tenet glo. ff. de alie.
iudi. mu. cau. fac. l. j. in gl. mag. quod tit. præce. nõ habeat locum
in reo, ſed in actore tantum. Doc. tenent cõtrariũ per. l. j. quæ ge
neraliter loquitur. Ideo dic ꝙ titu. præce. loquitur de patrocinio
quod præſtatur verbo ipſius patrocinantis. hîc de eo quod fit fa
cto ipſius aduocantis patrocinium: & ſic ſine facto ipſius peten-
tis, & ſine voluntate vel conſenſu ipſius: aut etiam cum conſen-
1 ſu. Primo tamen caſu non punitur. † Secundo ſic. Fateor tamen
ꝙ iſte tit. loquatur de reo, non de actore. qui reus conuentus ra-
tione alicuius rei quam poſsidet: dicit ſe eã tenere ab aliquo po-
tentiore, vt incutiat timorem litem mouenti, cum tñ ab illo non
teneat. & ſupra muros illius rei deſcribit titulum, vel facit depin
a gi arma [a] illius potentis: quia punitur prout hîc, reperta veritate,
& ſic declarat tit. j. vbi in rem act. l. ij. vbi qñ poſſeſſor conuentus
nominat alium in iudicio, à quo dicit ſe rem illam tenere, euitat
iudicium: quia citatur ille vt veniat ad ſuſcipiendum in ſe litem:
& ſi non venit, proceditur ſecundùm formam iſtius legis cõtra
illum nominatum, non contra poſſeſſorem nominantem. Non
eueniebat ꝙ aliquis volens euitare iudicium nominabat aliquẽ
potentem: & petebat illum citari: & contra eum procedi, nõ con
tra ſe. Actor non audebat contra illũ procedere, vnde potius à li
te deſiſtebat. Reperto ergo ꝙ ab illo non tenebat: ſed noĩe pro-
prio, habet locũ iſte tit. quia punitur pœna de qua hîc. & ille po-
tens ſi non conſenſit, non punitur: ſed aliàs infamatur.

1 *☞ Sicut ſtatur libello actoris in eo quod continet contra eum. ita ſtatur ſcripturæ quã dat reus per modum exceptionis, ſi aliquid continet contra eum.*

### LEX VNICA.

1 ANimaduertimus. † Bart. not. hîc cir-
medium in ver.
[contradictorijs libellis.] quòd ſicut ſcriptura
quam dat actor petendo aliquid à reo dicitur li-
bellus: ita ſcriptura quam dat reus excipiendo,
2 & contradicendo dicitur libellus. † Et ex hoc infert quòd ſicut
ſtatur libello actoris in eo quòd continet contra eum, vt in l. cũ
precum. j. de lib. cau. ita ſtatur ſcripturæ quam dat reus per mo-
dum exce. ſi aliquid continet contra eum, per iſtum text.

## *Vt nemo priuatus &c.* Rubrica.

1 *☞ Qui facit depingui arma Imperatoris, uel nomen principis ſuper domo uel poſſeſſione alicuius, qualiter puniatur?*